In the Easter Eve Office there is a petition inserted "Pro gloriosissimo rege nostro. N. eiusque nobilissima prole. N." (fol. 104 b). None of these clauses are represented in the Roman and Sarum Missals. They must therefore have a special historical significance, and yield a clue to the date of the book in which they are found, unless we are to adopt the unreasonable and improbable hypothesis of a later scribe slavishly copying some predecessor's work, and reproducing exactly words which under altered circumstances could bear no meaning at all.

Before its conquest by the English there were several contemporaneous kings in Ireland

---

[1] In the *Academy*, March 23, 1878, p. 259, there is a valuable paper from the pen of Mr. Gilbert, which contains this and other information. See also Mr. Bradshaw's letter on the same subject, *Academy*, Jan. 5, 1878, p. 34.

—generally five in number—the most powerful of whom assumed the title of "Rex Hiberniæ," "Rex Hibernensium," or "Rex regum." Ware,[1] from whose pages this information is drawn, proceeds to give a long list of these "Reges Hibernensium," ending with

1. Tirdelvacus O'Conor, ob. 1157. He was King of Connaught, and was buried in the Cathedral of Clonmacnoise near the altar of St. Ciaran.

2. Mauritius, *alias* Moriertachus, Nelli filius, ob. 1166. Vulgo dictus Mauritius Mac Loghlin. There is record of a "Concilium magnum episcoporum et magnatum Hiberniæ a Mauritio Mac Loghlin rege Hiberniæ convocato." He founded a monastery for Cistercian monks at Newry, dedicated to the Blessed Virgin Mary and St. Patrick, A.D. 1153.[2]

3. Rodericus O'Conor, filius Tirdelvaci, rex Gonatiæ, successit A.D. 1166, obiitque A.D. 1198. He was the last native Rex Hibernensium. During his reign Henry II. entered Ireland, which passed under English rule. At the Synod of Cashel, A.D. 1172, attended by all the Irish kings except Roderick O'Conor,[3] who doubtless shunned the occasion of his own degradation, the English king publicly assumed the title of "Dominus Hiberniæ," which was borne by his successors until Henry VIII. was declared "Rex Hiberniæ," at a Parliament held at Dublin in 1541.

There can be little doubt that the "Rex Hibernensium" of the Corpus Missal is the first named of these three kings, Torlogh (Tirdelvacus) O'Conor, and that the "nobilissima proles" is his son Roderick O'Conor, from whose hands the sceptre of all Ireland passed into those of Henry II. There is still extant an elegant metal cross made for Torlogh O'Conor, Monarch of Ireland, on which he is

---

[1] "Durante pentarchia, qui regum potentissimus dominium totius insulæ arripiebat, vulgo rex Hiberniæ dicebatur et a nonnullis rex regum. . . Quando cœperit pentarchia non liquet, fuisse autem seculo quinto a Christo certum."—WARÆUS, *Antiq. Hibern.* ch. iv. p. 16. Lond. 1658.

[2] *Ib.* p. 211.

[3] WILKINS, *Concilia*, i. 471.

designated in Gaelic "Righ Erend," or "King of Erin."[1]

From these various considerations a date may be assigned to the Missal between A.D. 1152, the year of the Synod of Kells, and A.D. 1157, the year of the death of Torlogh O'Conor.

*Past History.*—There is no record of the past history of this Missal, which has lain for a long time past in the Library of Corpus Christi College, Oxford. The earliest printed reference to it is in Mr. Coxe's Catalogue of the MSS. belonging to the various colleges in Oxford, to which allusion has been already made (p. 43), and we are thus thrown back upon the volume itself for information.

There is a tradition in the College that it was discovered in an Irish bog. This tradition is supported by the blackened and stained appearance of its leaves, almost all of which, but more especially the first twenty and the last sixty, exhibit more or less of a water mark. (See Plates III. and V.) There are also very minute earthy particles deposited between some of the later leaves, a few of which it was found possible to detach and to submit to Dr. Walter Flight, F.G.S., of the Mineralogical Department of the British Museum, who reported thus: "We examined the mould under the microscope, and in one case saw what appeared to be spiral tissue, and may have been a fragment of a sphagnum or moss. I am sorry to say that no chemical test could decide the question."

The tradition may therefore be accepted. It is not impossible, *per se*, for the antiseptic properties of peat would have a preservative rather than a destructive effect; and a similar fate befell once the far more celebrated Irish MS. of the Gospels, known as the Book of Kells, which was sacrilegiously stolen out of church, A.D. 1006, and found after two months in a mutilated condition under some sods.[2]

---

[1] *Academy*, March 23, 1878, p. 200.

[2] "Codicem Evangeliorum divi Columbæ gemmis et auro cœlatum quidam latrunculi e basilica majori Kenunnasensi de nocte furantur: et post duos menses

The entry of the words "Thomas O Sinnachan," in a late Irish hand on fol. 2 b, probably indicates the name of a former possessor, and as the Irish family of O'Sinnachan usually anglicized their name into Fox, it may suggest some connection of the volume with the family of the founder of the College, Richard Fox, Bishop of Winchester, A.D. 1516.

Originally it belonged to a monastery. This is evident from (*a*) the titles and contents of various missæ, *e.g.* "Pro sanctis presentis eclesie," fol. 15 b; "Pro custodia monasterii et habitatorum eius," fol. 20 a; "Pro abbate," fol. 30 a; "Pro fratribus nostre congregationis," fol. 31 a. (*b*) From the monastic character of the Irish saints invoked on fol. 198 a, viz. SS. Columba, Brendinus, Finnianus, Ciaranus, Furseus, in addition to S. Patricius and S. Brigida. (*c*) From the contents of certain rubrics, especially those on fol. 130 b and fol. 211 b, q. v. (*d*) From the incidental allusions in some of the prayers, as on ff. 111 b, 199 a.

It may be further inferred that it was a convent with male inmates only, from the omission of the following words: of "quarumque" from the Postcom. on fol. 18 b; of "famularumque tuarum" from the Oratio on fol. 25 a, and from the Sec. and Postcom. on ff. 34 b, 35 a; of "et sororibus" from the title of the Missa on fol. 31 a; of "et sorores" from the Or., Sec., and Postcom. on fol. 31 a b; of "vel sorori nostræ" after the words "fratri nostro" in the first Coll. in the Communion of the Sick, fol. 201 a.

To the final questions, "Where was this monastery?" and "What was its name?" An answer may be given with probability rather than certainty: the Abbey of Clones. Clones, or Cluaineois, is a small town in the barony of Dartrey, in the county of Monaghan, where there was an abbey dedicated to SS. Peter and Paul, and occupied by monks of the Augustinian Order. A monastery was founded there in the sixth century by St. Tighernach, of the blood

---

auro et cœlatione exutus reperitur sub cespitibus."—Colgan, *Triad. Thaum. Acta*, 1647, 508.

royal, who died and was interred at Clones (to which place he had removed the episcopal seat from Clogher), A.D. 548.[1]

The slight connecting links between the Corpus Missal and Clones are these:—

(*a*) The first name in the Irish Gloss on fol. 157 a is Macrobius, which is also the name of an abbot of Clones who died A.D. 1257.[2]

(*b*) SS. Peter and Paul, to whom the abbey of Clones was dedicated, are conspicuous among the few saints for whom special missæ are provided. There is a votive mass "De Petro et Paulo," on fol. 15 a; a missa for the Conuersio S. Pauli, fol. 127 a; for the Uigilia SS. Apostolorum Petri et Pauli, fol. 144 b; for the Natale SS. Apost. Petri et Pauli, fol. 147 a.

F. E. W.

---

[1] ARCHDALL'S *Monasticon*, Dublin, 1786, p. 582.

[2] *Annals of the Four Masters*, sub an.

## EXPLANATION OF ABBREVIATIONS

### EMPLOYED IN THE MARGINAL NOTES.

A. = Codex Amiatinus.
D. = Missale Drummondense.
R. = Missale Romanum.
Ros. = Missale Rosslynianum.
S. = Missale ad usum Ecclesiæ Sarisburiensis.
P. = Proprium.
V. = Bibliorum sacrorum Vulgata editio.
R. Rit. = Rituale Romanum.
S. Man. = Manuale ad usum Ecclesiæ Sarisburiensis.

R. placed at the side of a Collect, &c., indicates that it is found in the Roman but not in the Sarum Missal.

S. indicates that it is found in the Sarum but not in the Roman Missal.

P. indicates that it is not found in the corresponding position either in the Roman or the Sarum Missal.

An asterisk (*) indicates the omission of a word in cases where the text has become illegible from wear.

Italics represent letters not in the original text. They are only employed in the case of abbreviations or contractions not included in the list given in the Introduction, p. 24.

For Table of Contents, see Introduction, p. 37.

The punctuation of the MS. has been generally retained, but the stops and marks described on p. 26, sections 3, 5, have been omitted, as they are unrepresented in modern type.

PER OMNIA — Fol. 1 a.

secula seculorum. amen. — Fol. 1 b.
Dominus uobiscum. Et cum spiritu tuo.
Sursum corda. habeamus[1] ad dominum.
Gratias agamus domino deo nostro.
Dignum et iustum est.

UERE DIGNUM et iustum est equum et salutare. nos tibi semper et ubique gratias agere. domine sancte pater omnipotens ęterne deus. per christum dominum nostrum.

Per quem maiestatem tuam laudant angeli (Fol. 2 a.) adorant dominationes tremunt potestates. celi celorumque uirtutes ac beata seraphin. socia exultatione concelebrant. cum quibus et nostras uoces. ut admitti iubeas deprecamur:/ supplici confessione dicentes.
Sanctus.

Et ideo cum angelis atque archangelis cum tronis et dominationibus cumque omni militia celestis exercitus ymnum[a] gloriæ tuæ canimus sine fine dicentes. Sanctus

Te igitur clementissime pater per ihesum christum filium tuum dominum nostrum. sup- (Fol. 2 b.) plices rogamus et[2] petimus uti accepta habeas et benedicas hec do✠na. hec mu✠nera. hec sancta sacrificia illibata. in primis que tibi offerimus pro eclesia tua sancta catholica quam pacificare. custodire adunare. et regere digneris toto orbe terrarum. una cum famulo tuo papa nostro. N. et antistite nostro. N. et omnibus ortodoxis atque catholice et apostolice fidei cultoribus.

Memento domine famulorum famularumque tuarum. N. et N. et omnium circumstantium quorum tibi fides cognita est et nota deuotio[3] qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus pro redemptione animarum suarum pro spe salutis et incolomitatis suę (Fol. 3 a.) tibi[4] reddunt uota sua ęterno deo uiuo et uero.

Communicantes et memoriam uenerantes imprimis gloriosę semper uirginis mariæ genitricis dei et domini nostri ihesu christi sed et

[1] R. habemus.

[a] R. S. hymnum.

[2] R. ac.

[3] R. + pro quibus tibi offerimus vel.

[4] R. tibique.

[5] R. ac.
[6] R. + et.

beatorum apostolorum et[5] martirum tuorum. Petri,[6] Pauli, Andreę. Iacobi. Iohannis. Tomę, Iacobi. Pilippi. Bartholomei. Mathei. Simonis Et tathei. Lini. Cleti. Clementis. Sixti. Cornelii. Cipriani. Laurentii. Crisogoni. Ioannis. Et pauli. Cosmę et damiani. Et omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibusque concedas. ut in omnibus protectionis tuę muniamur auxilio. per eundem. christum dominum nostrum[7]

[7] R. + Amen.
Fol. 3 b.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostrę sed et cunctę familię tuę quesumus domine ut placatus accipias diesque nostros in tua pace disponas. atque ab ęterna dampnatione nos eripi et in electorum tuorum iubeas grege numerari.⁄ per christum dominum nostrum.[8]

[8] R. + Amen.

Quam oblationem tu deus in omnibus quesumus benedictam. ascriptam. ratam. rationabilem acceptabilemque facere digneris ut nobis corpus et sangis fiat dilectissimi filii tui domini nostri ihesu christi.

Qui pridie quam pateretur accepit panem in sanctas ac uenerabiles manus suas[9] eleuatis oculis in celum ad te deum patrem suum omnipotentem tibi gratias[10] Benedixit. fregit dedit[11] discipulis suis dicens. Accipite et manducate ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum. Simili modo posteaquam[12] cenatum est. Accipiens et hunc preclarum calicem in sanctas ac uenerabiles manus suas. Item tibi gratias agens benedixit dedit[13] discipulis suis dicens; accipite et bibite ex eo omnes. hic est enim calix sanginis mei noui et eterni testamenti misterium fidei. qui pro uobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hec quotienscunque feceritis in me*i* me*moriam* fa*cietis*.

[9] R. + et.
Fol. 4 a.
[10] R. + agens.
[11] R. deditque.
[12] R. postquam.
[13] R. deditque.

Unde et memores domine nos tui serui sed et plebs tua sancta[14] christi filii tui dei[15] nostri[16] beatę. passionis necnon et ab inferis resurrectionis sed et in celos gloriosę ascensionis offerimus preclarę maiestati tuę de tuis donis ac datis hostiam puram. hostiam sanctam. hostiam immaculatam. panem sanctum uitę ęternę et calicem salutis perpetuę. Supra que propitio ac sereno uultu respicere digneris. et accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti abel. et sacrificium

[14] R. + ejusdem. [15] R. Domini. [16] R. + tam.
Fol. 4 b.

patriarchę nostri abrahę. et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus melchisedech sanctum sacrificium immaculatam hostiam

Supplices te rogamus omnipotens deus iube hec[17] per manus[18] angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuinæ maiestatis tuę. Fol. 5 a.

Ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filii tui corpus et sanginem sumpserimus omni benedictione celesti. et gratia repleamur. per eundem christum.[19]

Memento etiam domine famulorum famularumque tuarum. N. et N. et[20] illorum[20] qui nos precesserunt cum signo fidei et dormiunt in sompno pacis. ipsis[21] et omnibus in christo quiescentibus locum refrigerii lucis et pacis[22] indulgeas deprecamur.[23]

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam et societatem donare digneris. Fol. 5 b. cum sanctis[24] tuis[24] apostolis et martiribus. cum iohanne Stephano. Mathia. Barnaba Ignatio. Alexandro. Marcellino Petro.[25] Agatha. Lucia. Agna.[26] Cecilia. Anastassia. et cum[27] omnibus sanctis tuis intra quorum nos consortium non estimator meriti. sed uenię quesumus largitor admitte. per christum[28]

Per quem hec omnia domine semper bona creas. sanctificas. uiuificas benedicis. et prestas nobis. per ipsum. et cum ipso. et in ipso est tibi deo patri omnipotenti in unitate spiritus sancti omnis honor et gloria.

Per omnia secula seculorum amen.

Oremus preceptis salutaribus moniti et diuina institutione formati audemus dicere. Fol. 6 a.

Pater noster qui es in celis. Santificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua sicut in celo et in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptationem. Sed *libera nos a malo.*[29]

Libera nos quesumus domine ab omnibus malis preteritis presentibus et futuris. et intercedente beata et gloriosa semper uirgine dei genitrice maria et beatis apostolis tuis petro et paulo atque andrea cum[30] omnibus sanctis.

Da propitius pacem in diebus nostris ut ope Fol. 6 b. misericordie tue adiuti. et a peccato simus

[17] R. + perferri. [18] R. + sancti.

[19] R. + Dominum nostrum. Amen.

[20] R. *om.*

[21] R. + Domine.

[22] R. + ut.

[23] R. + per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

[24] R. *transposes.*

[25] R. + Felicitate, Perpetua.

[26] R. Agnete. [27] R. *om.*

[28] R. + dominum nostrum.

[29] R. + Amen.

[30] R. et.

semper liberi et ab omni perturbatione securi. per eundem dominum nostrum ihesum christum filium tuum qui tecum uiuit et regnat in unitate spiritus sancti deus

Per omnia secula seculorum. amen.

Pax domini sit semper uobiscum

[[A] From this point the variations from the R. Canon are too numerous for marginal reference.]

Et cum spiritu tuo.[A]

Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere n*obis*.

Agnus dei qui.

Agnus. dona nobis pacem.

Hec sacrosancta commixtio corporis et sanginis domini nostri ihesu christi fiat omnibus sumentibus salus mentis et corporis.

Fol. 7 a. Domine ihesu christe fili dei uiui qui ex uoluntate patris cooperante sancto spiritu per mortem tuam mundum saluasti libera me per hoc sacrum corpus et sanginem tuum a cunctis iniquitalibus et uniuersis malis meis. et fac me tuis obedire preceptis et a te nunquam in perpetuum separari qui.

Corpus domini nostri ihesu christi custodiat me in uitam.

Sangĩs domini nostri ihesu christi sit mihi ad purificationem mentis in uitam eternam.

Placeat tibi sancta trinitas obsequium seruitutis mee et presta ut hoc sacrificium quod oculis tuæ maiestatis indignus obtuli acceptabileque et omnibus pro quibus illud obtuli sit te miserante propitiabile.

Fol. 7 b.

## Missa de sancta Trinitate.

Benedicta sit sancta trinitas, atque indiuisa unitas confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam.

S. **Psalmus.** Benedicamus patrem et. cum. spiritu.

**Oratio.**

Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in confessione ueræ fidei ęternę trinitatis gloriam agnoscere. et in potentia maiestatis adorare unitatem quesumus ut eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis

1-1 S. [1]in qua vivis.[1]

2 Cor xiii. 11, 13. **Ad Corinthios.**

P. Fratres:✓ gaudete:✓ perfecti estote exhortamini:✓ idem sapite. pacem habete. et deus pacis et

Fol. 8 a. [1] A. V. *om.* dilectionis erit uobiscum; Et[1] gratia domini

[a] V. charitas. nostri ihesu christi:✓ et caritas[a] dei:✓ et commu-

nicatio sancti[2] spiritus[2]✓ sit[3] semper[3] cum omnibus vobis [3]in christo ihesu✓ domino nostro;[3 4]

[2] A. *transposc.* [3] A. V. *om.* [3.3] A. V. *om.* [4] A. V. + Amen.

**Gradale.** Benedictus es domine, qui intueris abisos et sedes super. cherubin.

**v.** Benedicite. deum celi et coram omnibus uiuentibus confitemini ei. P.

Alleluia. **v.** Libera nos, salua nos, iustifica nos o beata trinitas. P.

## Secundum Mattheum.

[Missale Lateranense, p. 157, *vide* Arbuthnott, p. 434.]
St. John xv. 26-xvi. 4.

[1]In illo tempore✓ dixit dominus ihesus discipulis suis;[1] cum[2] uenerit paraclitus[3] quem ego mittam uobis a patre spiritum ueritatis qui a patre procedit✓ ille testimonium perhibebit de me; et uos testimonium perhibebitis✓ quia ab initio mecum estis; hec locutus sum uobis ut non scandilizemini. absque sinagogis[4]✓ facient uos; sed uenit hora✓ et[5] ut omnis qui interficit uos arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient uobis✓ quia non nouerunt patrem neque me; sed hec locutus sum uobis✓ ut cum uenerit hora eorum remiscamini[6]✓ quia ego dixi uobis.

[1-1] A. V. *om.*
[2] A. V. + autem. [3] A. V. Paracletus.
[4] A. V. synagogis.
Fol. 8 b. [5] A. V. *om.*
[6] A. V. reminiscamini.

## Offertorium.

Benedictus sit deus pater unigenitusque dei filius sanctus quoque spiritus quia fecit nobiscum misericordiam suam.

## Secreta

Sanctifica quesumus domine per tui nominis inuocationem huius oblationis hostiam. et per eam nosmetipsos tibi perfice munus ęternum. per.

## Prefatio.

U. D. eterne deus. per christum dominum nostrum. qui cum unigenito filio tuo et spiritu sancto✓ unus es deus unus es dominus non in unius singularitate persone sed in unius trinitate substantiæ quod enim de tua gloria reuelente te credimus✓ hoc de filio tuo hoc de spiritu sancto✓ sine differentia discretionis sentimus. ut in confessione uere sempiterneque deitatis✓ et in personis proprietas✓ et in essentia unitas✓ et in maiestate adoretur equalitas. quem[1] laudant *angeli. atque archangeli*✓ *cherubin.* quoque ac. *seraphin.* qui non cessant[2] jugiter.[3] u*na* uoce dicentes. Per quem. Et ideo.

Fol. 9 a.
[1] R. S. Quam.
[2] S. R. + clamare.
[3] S. R. *om.* R. + quotidie.

## communio

Benedicimus deum celi et coram omnibus uiuentibus confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam.

## postcommunio

Proficiat nobis ad salutem corporis et animę

[1] R. S. + noster. [2] R. S. susceptio.
[3-3] R. per Dominum. S. in qua vivis.

domine deus[1] hujus sacramenti perceptio✓[2] et sempiternę sanctę trinitatis eiusdemque indiuiduę unitatis confessio✓[3] in qua uiuis et regnas deus per omnia secula.[3]

## missa spiritus sancti.

Fol. 9 b.
[1] R. S. + alleluia.

Spiritus domini repleuit orbem terrarum alleluia et hoc quod continet omnia scientiam habet uocis alleluia alleluia.[1]

Psalmus. Exurgat. deus.

P.
[S. Ordinarium Missæ, p. 579.]

### oratio

Deus, cui omne cor patet et omnis uoluntas loquitur. et quem nullum latet secretum. purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri✓ ut perfecte te diligere et digne laudare mereamur. per. eiusdem.

[Lect. Ambros. em. Thomasii.]
1 Cor. xii. 7-11.
P.
[1] A. V. *om.* [2] A. V. + autem.
[3] A. V. alteri.
[4] A. V. linguarum.
Fol. 10 a.

### ad corinthios

Fratres[1]✓ unicuique[2] datur manifestatio spiritus ad utilitatem; alii quidem per spiritum datur sermo sapientiæ✓ alii autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum; alii[3] fides✓ in eodem spiritu. alii gratia sanitatum✓ in uno spiritu; alii operatio uirtutum✓ alii prophetia. alii discretio spirituum. alii genera lingarum[4]✓ alii interpretatio sermonum; hec autem omnia operatur✓ unus atque idem spiritus. diuidens singulis✓ prout uult.

Alleluia. ꝟ Emitte spiritum tuum et creabuntur et re*nouabis* fa*ciem terræ*.

Alleluia. ꝟ Spiritus qui a patre procedit ille me clarificabit.

[Mis. Mozar, p. 615. n.]
St. John xiv. 15-17.
P.
[1-1] A. V. *om.*
[2] A. V. paracletum.
[3] A. V. videt.
[4] A. cognoscitis.

### secundum iohannem

[1]In illo tempore✓ dixit iesus discipulis suis[1]; si diligitis me✓ mandata mea seruate. et ego rogabo patrem et alium prandium[2] dabit uobis. ut maneat uobiscum in ęternum✓ spiritum ueritatis quem mundus non potest accipere. quia non uidit[3] eum. nec scit eum; uos autem cognoscetis[4] eum✓ quia apud uos manebit et in uobis erit.

### offertorium

Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo quod est in ierusalem tibi offerent reges mu*nera*. alleluia.

P.
[S. Sec. ad invocandum gratiam sp. s.]

### Secreta

Hec oblatio domine cordis nostri maculas emundet ut sancti spiritus digna efficiatur habitatio. per. eiusdem.

**communio**

Spiritus ubi uult spirat et uocem eius audis alleluia. P.

Sacrificium salutis nostrę sumentes concede nobis quesumus domine deus purificatis mentibus tuę pietatis frequentare misterium. per dominum. Fol. 10 b. P. [S. as Sec.]

## Feria iii de sancta cruce.

[ = Missa Votiva de Sancta Cruce.]

Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi in quo est salus uita et resurrectio nostra per quem saluati et liberati sumus.

**psalmus.** deus misereatur nostri et nos *illuminet uultus suus.*

**oratio**

Deus qui unigeniti filii tui domini nostri ihesu christi pretioso sangine uiuifice crucis uexillum sanctificare uoluisti ✓ concede quesumus eos qui eiusdem sancte crucis gaudent honore tua quoque protectione gaudere. per eundem.

**ad pilipenses.**

Fol. 11 a. Phil. ii. 8-11.

[1]Fratres ✓ christus factus est pro nobis obediens patri[1] usque ad mortem ✓ mortem autem crucis. propter quod et deus exaltauit illum. et donauit illi nomen quod[2] est[2] super omne nomen. ut in nomine ihesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum; et omnis lingă confiteatur. quia dominus noster[3] ihesus christus ✓ in gloria est dei patris.

[1-1] A. V. Humiliavit semet ipsum factus obœdiens.

[2] A. *om.*

[3] A. V. *om.*

**gradale** Christus factus est pro nobis obediens patri usque ad mortem. mortem autem crucis

**v** Propter quod et deus exaltauit illum et *illi nomen* quod est *super omne nomen.* Alleluia nos. autem.

**Secundum Mattheum**

Mat. xx. 17-19.

[1]In illo tempore[1] ✓ ascendens ihesus ierosolimam[2] ✓ assumpsit xii. discipulos suos[3] secreto ✓ et ait illis. ecce ascendimus ierosolimam[4] ✓ et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis. et condemnabunt eum morte. et tradent eum gentibus ad illudendum[5] ✓ et flagellandum et crucifigendum; et tertia die ✓ resurget.

[1-1] A. V. *om.* + et.

[2] A. Hierosolymis. [3] A. V. *om.*

[4] A. Hierosolymam.

Fol. 11 b.

[5] A. deludendum.

**offertorium**

Protege domine plebem tuam per signum sancte crucis ab omnibus[1] insidiis inimicorum omnium ut tibi gratam exhibeamus seruitutem, et acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum alleluia.[2]

[1] R. *om.*

[2] S. *om.*

**secreta**

Hec oblatio domine quesumus ab omnibus

nos purget offensis. que in ara crucis etiam immolata totius mundi tulit offensum. per.

**Prefatio.**

U. D. eterne deus:⸍ qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti:⸍ ut unde mors oriebatur inde uita resurgeret; et qui in ligno uincebat.[1] in ligno quoque uinceretur per Christum. dominum.

[1] So R. S. vicerat.

**Communio.**

Fol. 12 a. S.

Per lignum serui facti sumus et per sanctam crucem liberati sumus fructus arboris seduxit nos filius dei redemit nos alleluia.

**postcommunio**

Adesto nobis domine deus noster et quos sancte crucis letari facis honore eius quoque perpetuis defende subsidiis per dominum nostrum ihesum christum.

## Missa de Sancta Maria

Salue sancta parens enixa puerpera regem qui celum terramque regit in secula seculorum.

P.

**Psalmus** Que gaudium matris hominis cum uirginitatis honore nec primam similem uisa est nec habere sequentem.

**oratio**

Concede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis et corporis sanitate gaudere:⸍ et gloriosę ac beatę Marię semper uirginis intercessione a presenti liberari tristitia et futura perfrui letitia. per.

Fol. 12 b.

**Sapientia.**

Ecclus. xxiv. 14-16.

Ab initio et ante secula creata sum:⸍ et usque ad futurum seculum non desinam et in habitatione sancta. coram ipso ministraui; et sic in sion firmata sum:⸍ et in civitate sanctificata similiter requiem et in ierusalem potestas mea; et radificaui in populo honorificato et in partes[1] dei mei hereditas illius; et in plenitudine sanctorum. detentio mea.

[1] V. parte.

**gradale** Benedicta et uenerabilis es uirgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris.

**v** Uirgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit uiscera factus homo. Alleluia.

**v** Post partum u*irgo* i*nuiolata permansisti* d*ei genitrix* i*ntercede* pro.

**secundum lucam**

Luc. xi. 27, 28.

[1-1] V. A. Factum est autem cum hæc diceret:

Fol. 13 a.

[1] In illo tempore:⸍ factum est cum loqueretur ihesus ad turbas.[1] extollens. uocem quedam mulier de turba dixit illi; beatus uenter qui

te portauit ✓ et ubera que suxisti; at ille dixit. quin immo[2] ✓ beati qui audiunt uerbum dei ✓ et custodiunt illud.[3]

[2] A. Quippini.
[3] A. *om.*

### Offertorium

Felix valde[1] sacra uirgo maria et omni laude dignissima quia ex te ortus est sol *iustitie* christus dominus noster

[1] R. S. namque.

Tua domine propitiatione et beate dei genitricis semperque uirginis marie intercessione ad perpetuam atque presentem hec oblatio proficiat prosperitatem et pacem. per.

### prefatio.

U. D. eterne deus et te in ueneratione * * * * * *[1] exultantibus animis laudare benedicere et predicare * * * * * * * * * * * * * *[2] que et unigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit et uirgenitatis gloria permanente huic mundo lumen in eternum effudit ihesum christum dominum nostrum per quem.

[1] On this lacuna, nearly a line in length, caused by erasure, a later hand has written, "beatæ mariæ semper virginis."
[2] Lacuna caused by erasure.
Fol. 13 b.

Benedicta a filio tuo domina quia per te fructum uite communicauimus. P.

### Postcommunio

Sumptis domine salutis nostrę subsidiis da quesumus beatæ dei genitricis semperque uirginis mariæ. patrociniis nos ubique protegi. in cuius ueneratione hec tuę obtulimus maiestati. per.

## De sancta maria ab aduentu. domini.

Deus qui de beatę mariæ semper uirginis utero uerbum tuum angelo nuntiante carnem suscipere uoluisti presta supplicibus tuis ut qui uere eam dei genitricem credimus eius apud te intercessionibus adiuuemur. per eundem.

### secreta

Intercessio quesumus domine beatæ mariæ uirginis munera nostra commendet. Nosque in eius ueneratione tuæ maiestati reddat acceptos. per. Fol. 14 a.

Celesti munere sacrati quesumus omnipotens deus. tua nos protectione custodi. et castimonię pacem mentibus nostris atque corporibus intercedente sancta maria propitiatus indulge. ut ueniente sponso filio tuo unigenito accensis lampadibus eius digni prestolemur occursum. qui tecum. P. [D. Fol. 101 a.]

## De sancta maria a natiuitate usque ad purificationem.

Deus qui salutis ęternę beatæ marię uirginitate fecunda prestitisti. tribue quesumus:⁄ ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus. per quam meruimus auctorem uitæ suscipere. dominum nostrum.

Fol. 14 b.

**secreta**

S. Oblatis domine muneribus suppliciter deprecamur:⁄ ut qui ueram uerbi tui incarnationem fideliter ueneramur. ueram eiusdem substantiam carnis ac sanginis quam per spiritum sanctum uirgo mater edidit in presenti hoc misterio salubriter percipiamus. per eundem.

**postcommunio**

P. [S. p. 175.] Hec nos communio domine purget a crimine. et intercedente beata uirgine dei genitrice maria celestis remedii faciat esse consortes. per.

## De resurrectione.

[There is no R. Missa Votiva under this heading. The S. Missa has three different prayers.]

**oratio.**

[Fer. iv. post Pascha. S. R.] Deus qui nos resurrectionis dominicæ annua sollennitate letificas concede propitius ut per temporalia festa que agimus peruenire ad gaudia ęterna mereamur. per eundem.

Fol. 15 a. Sacrificia domine paschalibus gaudiis immolata nobis tuę propitiationis obtineat clementiam quibus ecclesia tua mirabiliter expascitur et nutritur. per.

Ab omni nos quesumus domine uetustate purgatos sacramenti tui ueneranda perceptio in nouam transferat creaturam. per.

## De petro et paulo.

Deus cuius dextera beatum petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit et coapostolum eius paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit exaudi nos propitius et concede ut amborum meritis ęternitatis gloriam consequamur. per.

**secreta.**

R. Offerimus tibi domine quesumus preces et munera que ut tuo digna sint conspectui apostolorum tuorum precibus adiuuemur. per dominum.

Fol. 15 b. R. Protege domine populum tuum et apostolo-

rum tuorum patrocinio confidentem perpetua defensione conserua. per dominum.

## De sanctis presentis ęcclesię oratio.

[This Missa occurs in D. fol. 51 a. Gerbert i. 220 b.]

Propitiare quesumus domine nobis famulis tuis per sanctorum confessorum tuorum. N. et omnium sanctorum quorum corpora uel reliquiæ in presenti requiescunt ęcclesia merita gloriosa ut eorum pia intercessione ab omnibus semper muniamur aduersis. per. P.

**secreta**

Suscipiat clementia tua quesumus de manibus nostris munus oblatum. et per beatorum confessorum tuorum et omnium sanctorum quorum corpora uel reliquiæ in presenti requiescunt ęcclesia orationes ab omnibus nos emundent peccatis. per. P.

**postcommunio**

Diuina libantes que pro sanctorum confessorum tuorum et omnium sanctorum quorum corpora vel reliquia in presenti requiescunt ęclesia ueneratione tuę obtulimus maiestati:⁄ presta quesumus domine:⁄ ut per ea ueniam mereamur et celestis donis reficiamur. per. Fol. 16 a. P.

## Pro episcopo

Deus omnium fidelium pastor et rector famulum tuum quem ęclesię tuę preesse uoluisti propitius respice. et da ei quesumus uerbo et exemplo quibus preest proficere ut ad uitam una cum grege sibi commisso perueniat sempiternam. per.

**secreta**

Oblatis quesumus domine placare muneribus et famulum tuum quem ęclesię tuę pastorem preesse uoluisti assidua protectione guberna. per.

**Postcommunio**

Hec nos quesumus domini sacramenti perceptio protegat et famulum tuum. N. quem ęclesię tuę preesse uoluisti pastorem una cum grege sibi commisso saluet semper ac muniat. per. Fol. 16 b.

## Pro rege.

**oratio**

Quęsumus omnipotens deus ut famulus tuus

[1] R. S. tua miseratione.

rex noster qui tuo nutu[1] suscepit regni gubernacula uirtutum etiam percipiat incrementa quibus decenter ornatus et uitiorum uoraginem deuitare et hostes superare et a te qui uia ueritas et uita es gratiosus ualeat peruenire. per.

P.
[D. fol. 45 b.]

**secreta**

Suscipe domine preces et hostias ęclesię tuę pro salute famuli tui regis nostri te supplicantis et in protectione fidelium populorum antiqua brachíí tui operare miracula ut superatis pacis inimicis secura tibi seruiat libertas christiana. per.

Fol. 17 a.

**postcommunío**

Hec domine communio salutaris famulum tuum regem nostrum ab omnibus tueatur aduersis quatinus et ecclesiastice pacis obtineant transquillitatem et post istius temporis decursum ad ęternam perueniat hereditatem. per.

## pro pace.

Deus a quo sancta desideria recta consilia et iusta sunt opera da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem. ut et corda nostra mandatis tuis dedita et hostium sublata formidine. tempora sint tua protectione tranquilla. per dominum nostrum.

**secreta**

Deus qui credentes in te populos nullis sinis concuti terroribus dignare preces et hostias dicatæ tibi plebis suscipere ut pax tua pietate concessa christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. per.

Fol. 17 b.

**secreta**[1]

[1] By error for postcommunio.

Deus auctor pacis et amator quem nosse uiuere cui seruire regnare est protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos at qui in defensione tua confidimus nullius hostilitatis arma timeamus. per.

P.
[This Missa is found in the S. Missa, "pro peccatoribus & pro pœnitentibus," and in the R. "pro remissione peccatorum."]

## in xl pro pace in loco.

Exaudi domine quesumus supplicum preces et confitentium tibi parce peccatis ut parites nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem. per.

secreta

Hostias tibi domine placationis offerimus. ut. et delicta nostra miseratus absoluas. et nutantia corda tu dirigas. per.

postcommunio

Presta nobis eterne saluator ut percipientes hoc munere ueniam peccatorum·/ deinceps peccata uitemus. per.

## Pro iter agentibus

oratio

Adesto domine supplicationibus nostris. et uiam famulorum tuorum in salutis tuę prosperitate dispone ut inter omnes uię et uitę huius uarietates tuo semper protegamur auxilio. per. Fol. 18 a.

secreta

Propitiare domine supplicationibus nostris et has oblationes quas tibi offerimus. pro famulis tuis benignus assume. ut uiam illorum et prę-cedente gratia tua dirigas. et subsequente comitari digneris. ut de actu atque incolomitate eorum secundum misericordiæ tuę presidia gaudeamus. per.

postcommunio

Deus infinitæ misericordie et maiestatis immensę quam nec spatia locorum nec interualla temporum ab his quos tueris abiungunt·/ adesto famulis in te ubique confidentibus et per omnem quam ituri sunt uiam dux eis et comes esse dignare. per. P. [Gerbert. i. 288 a.]

## pro familiaribus

Fol. 18 b.

oratio

Deus qui caritatis dona per gratiam sancti spiritus tuorum cordibus fidelium infundis·/ da famulis et famulabus tuis fratribus et sororibus nostris pro quibus tuam deprecamur clementiam salutem mentis et corporis ut te tota uirtute diligant. et que tibi sunt placita tota dilectione perficiant. per.

secreta

Miserere quęsumus domine famulis et famulabus tuis. pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ offerimus maiestati.[1] ut per hec sancta. sacrificia supernę benedictionis gratiam obtineant. et gloriam ęternę felicitatis[2] adquirant. per.

[1] S. + et præsta.

[2] R. beatitudinis.

**postcommunio.**

Diuina libantes misteria quęsumus domine ut hec salutaria sacramenta illis proficiant ad prosperitatem et pacem pro quorum[1] dilectione hec tuæ obtulimus maiestati. per.

[1] R. S. + quarumque.

S.

## contra tem[ptationem] car[nis]

Fol. 19 a.

Ure igne sancti spiritus renes nostros et cor nostrum domine ut tibi casto corpore seruiamus et mundo corpore placeamus. per.

**secreta.**

Dirumpe domine igne sancti spiritus uincula peccatorum nostrorum ut sacrificare tibi hostiam laudis absoluta libertate possimus. et retribue que ante tribuisti. et salua nos per indulgentiam quos dignatus es saluare per gratiam. per.

**postcommunio.**

Domine adiutor noster et protector aduiua nos et refloreat caro nostra uel uigore pudicitię uel sanctimonię nouitate [1]ereptamque de manu tartari in resurrectionis gaudium iubeas pręsentari.[1] per.

1-1 S.

## Pro serenitate aeris

**oratio**

S.

Fol. 19 b.

Ad te nos domine clamantes exaudi et aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus. ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur misericordia tua preueniente clementiam sentiamus. per.

**secreta**

R.
[This Sec. appears in the S. Prop. de Sanctis for June 18.]
[1] S. R. deferimus.

Preueniat nos quęsumus domine gratia tua semper et subsequatur. et has oblationes quas pro peccatis nostris nomini tuo consecrandas offerimus[1] benignus assume. ut per intercessionem sanctorum tuorum cunctis proficiant ad salutem. per.

**postcommunio**

P.
[D. 48 b. S. p. 770.]

Plebs tua domine capiat sacrę benedictionis augmentum et copiosis beneficiorum tuorum subleuetur auxiliis quæ tantis intercessorum deprecationibus adiuuatur. per.

## pro petitione lacrimarum.

Omnipotens clementissime deus qui sitienti

populo fontem uiuentis aquę de petra produxisti. educ de cordis nostri duritia compunctionis lacrimas. ut peccata nostra plangere ualeamus remissionemque te miserante mereamur accipere. per. Fol. 20 a.

**Secreta.**

Hanc oblationem quesumus domine deus quam tuę pietati pro peccatis nostris offerimus propitius respice. et produc de oculis nostris lacrimarum flumina quibus debita flammarum incendia ualeamus extingere. per dominum.

**postcommunio.**

Gratiam sancti spiritus domine deus cordibus nostris clementer infunde. que nos gemitibus efficiat lacrimarum maculas nostrorum diluere peccatorum atque ad optatę nobis indulgentię te largiente prestet effectum. per. R.

## Pro custodia monasterii et habitatorum eius. P.

[For other missæ in monasterio, see Gerbert. i. 278.]

Omnipotens sempiterne deus ędificator et custos supernę ciuitatis ierusalem ędifica et custodi monasterium istud cum habitatoribus eius ut sit in eo domicilium incolomitatis et pacis. P. Fol. 20 b.

**secreta**

Grata sit tibi deus hec oblatio munerum quibus hec congregatio cum * salute corroborata consistat. et in ea religiosus tuæ seruitutis fructus indesinenter proficiat. per. P.

Protege nos domine subsidiis pacis. mentis et corporis et spiritualibus enutriens alimentis a cunctis hostibus redde securos. per. P.

## M[issa]. communis.

[= S. De omnibus sanctis per totum annum. R. ad poscenda suffragia sanctorum.]

Concede quesumus omnipotens deus. ut intercessio nos sanctę dei genitricis mariæ. sanctarumque omnium celestium uirtutum. et beatorum patriarcharum prophetarum apostolorum martirum confessorum atque uirginum. et omnium electorum ubique lętificet ⁄ ut dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus. per.

Oblatis domine quesumus placare muneribus. et intercedente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis a cunctis nos defende periculis. per. Fol. 21 a.

**postcommunio.**

Sumpsimus domine sanctę mariæ et omnium sanctorum merita recolentes sacramenta celestia presta quęsumus. ut quod temporaliter gerimus eorum precibus adiuti ęternis gaudiis consequamur. per

### m[issa] c[ommunis]

S.

Omnium sanctorum tuorum intercessionibus quesumus domine gratia tua nos saluet semper et christianis omnibus uiuentibus atque defunctis misericordiam tuam ubique pretende. ut uiuent*es ab* omnibus impugnationibus defensi tua opitulatione saluentur et defuncti remissionem mereantur suorum omnium accipere peccatorum. per.

Fol. 21 b.

**Secreta**

S.

Oblationibus nostris quesumus propitiatus intende et ob tuorum omnium sanctorum honorem ueniam nobis nostrorum tribue delictorum ac christianis omnibus uiuentibus atque defunctis hec sancta presens libatio et uitæ presentis commoda et futuri regni pręmia acquirat. per.

**postcommunio**

P.
[A similar Postcom. in S. p. 978.]

Purificent nos quesumus domine et diuini sacramenti perceptio et gloriosa omnium sanctorum tuorum oratio et animabus famulorum famularumque tuarum quorum commemorationem agimus remissionem cunctorum tribue peccatorum. per

### m[issa] c[ommunis]

Omnipotens sempiterne deus qui uiuorum dominaris simul et mortuorum omniumque misereris quos tuos fide et opere futuros esse pręnoscis te suppliciter exoramus ut pro quibus effundere preces decreuimus quosque uel presens seculum adhuc in carne retinet uel futurum iam exutos corpore suscepit pietatis tuæ clementia omnium delictorum suorum ueniam et gaudia consequi mereantur eterna. per.

Fol. 22 a.

**Secreta**

Deus cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus. tribue quesumus.

ut uniuersorum quos in oratione commendatos suscepimus. et omnium fidelium uiuorum atque mortuorum nomina beatę predestinationis liber ascripta retineat. per.

postcommunio

Purificent nos quesumus sacramenta que sumpsimus: et presta ut hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad penam sed intercessio salutaris aduenniat sit ablutio scelerum. sit fortitudo fragilum. sit contra mundi pericula firmamentum sit uiuorum atque mortuorum fidelium remissio omnium delictorum. per. R. [D. Fol. 52 b.] Fol. 22 b.

## Pro facientibus elemoysinas

P. [Goldasti Aleman. Rer. Scriptores, ii. 187. Tournay Mis. 1540.] P.

Inclina. domine aures pietatis tuę et exaudi preces nostras et aperi oculos maiestatis tue et respice propitius super famulos tuos. et qui nobis temporalia dona largiuntur dona eis indulgentiam peccatorum et in operibus bonis perseuerantiam. et in regno tuo magna pro paruis celestia pro terrenis et pro temporalibus sempiterna recipiant. per.

secreta

Omnipotens sempiterne deus respice propitius in hos famulos tuos qui in pauperes tuos operantur uirtute custodi potestate tuearis. ut per multa curricula annorum lęti tibi in pauperes tuos hec operentur. per. P.

postcommunio

Da quesumus famulis tuis. N. sperata suffragia obtinere. ut qui tuos pauperes uel tuas ecclesias memorantur sanctorum omnium simul et beati martiris tui laurentii mereantur consortia cuius exempla sunt secuti per dominum. Fol. 23 a. P.

## Pro fidelibus defunctis in die obitus

Requiem ęternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis.

psalmus Te decet *imnus deus in Sion* et *reddentur uota in.* exaudi *orationem ad omnis caro ueniet.* Requiem.

Oratio

Deus cui proprium est misereri semper et parcere supplices deprecamur pro anima famuli. tui N. qui hodierna die de hoc seculo migrare iussisti. ut non tradas eam in manus inimici ne obliuiscaris in finem sed iube eam a sanctis angelis suscipi et ad patriam[1] paradisi[1] perduci Fol. 23 b.

[1-1] S. regionem vivorum.

2-2 S. sanctorum tuorum mereatur societate lætari.

et qui in te sperauit et credidit [2]non penas ęternas sustineat sed gaudia eterna possideat.[2] per.

**Secreta**

R.
1-1 R. *om.*

Propitiare domine quesumus animę famuli tui. N. [1]cuius depositionis diem celebramus[1] et pro qua hostias placationis tibi immolamus maiestatem tuam suppliciter deprecantes. ut per hec placationis officia peruenire mereatur ad requiem sempiternam.

**Postcommunio**

Presta quesumus domine ut anima famuli tui. N. quam hodie de hoc seculo migrare iussisti: his sacrificiis expiata indulgentiam pariter et requiem capiat sempiternam. per.

Fol. 24 a. S. p. 869.

## Missa in die sepulture

Requiem ęternam.

S.

Omnipotens sempiterne deus misericordiam tuam supplices deprecamur. ut animam famuli tui. N cuius corporis debitum seputurę officium persoluimus in sinum abrahę iubeas collocari et cum dies agnitionis tuę aduenerit. inter sanctos et electos tuos eum resuscitari precipias. per

**secreta**

S.
The text is corrupt.

Suscipe domine pro anima famuli tui. N. hostiam quam te deo patri benigne optuli pro nobis. et quia causa hominum descendisti de celis te redeunde sanctorum mereatur adiungi consortiis per te saluator mundi. qui. cum.

**postcommunio**

S.
Fol. 24 b.

Presta quesumus domine ut anima famuli tui N. cuius hodie officia humanitatis exhibemus his sacrificiis expiata saluationis tue perpetuo munere gratuletur per.

P.
[A missa somewhat similar in title and contents is given in Gerbert, i. p. 327.]

## a prima die obitus usque ad trigesimam diem.

P.
R. Rit. p. 226.

Omnipotens domine ut animę famuli tui. N. cuius obitus primam. ii. iii. iiii. u. ui. uii. diem celebramus sanctorum atque electorum largiaris consortium et rorem misericordiæ tuæ perhennem infundas. per.

**secreta**

P.

Adesto domine supplicationibus nostris et hanc oblationem quam tibi offerimus ob diem

depositionis i. ii. iii. iiii. u. ui. uii pro anima famuli tui N. placatus ac benignus assume. per.

**Postcommunio**

Omnipotens sempiterne deus collocare digneris animam et spiritum famuli tui. N. cuius i. ii. iii. iiii. u. ui. uii. xxx. diem depositionis celebramus in sinibus abrahę. isaac et iacob. ut cum dies agnitionis tuæ uenerit in sanctos et electos tuos eum resuscitari precipias. per.

P. [D. fol. 56 b.]

Fol. 25 a.

## Pro fidelibus defunctis. commune.

Re*quiem.*
Psalmus Te *decet.*

Inclina domine aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur. ut animas famulorum tuorum[1] quas de hoc seculo migrare iussisti pacis ac lucis regione constituas et sanctorum tuorum iubeas esse consortes. per.

[1] S. + famularum que tuaram. R. famuli tui. N. Diac. Card.

**Apocol[ipsis] iohannis** Apoc. xiv. 13.

[1]In diebus illis[1]✓ audiui uocem de celo dicentem michi;[2] scribe✓ beati mortui qui in domino moriuntur; amodo iam dicit spiritus✓ ut requiescant a laboribus suis opera enim illorum✓ sequuntur[3] illos

[1] A. V. *om.* + et.
[2] A. *om.*
[3] A. secuntur.

**ad tesolo[nicenses.]** 1 Thess. iv. 13-18.

Fratres[1]✓ nolumus[2] uos ignorare[3] de dormientibus✓ ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent; si enim credimus quod ihesus mortuus est et resurrexit✓ ita et deus eos qui dormierunt per ihesum adducet cum eo; hoc enim uobis dicimus in uerbo domini quia nos qui uiuimus qui residui sumus in aduentu[4] domini non præueniemus eos qui dormierunt; quoniam ipse dominus in insu[a] et in uoce archangeli et in tuba dei descendet de celo. et mortui qui in christo[5] resurgent primi; deinde nos qui uiuimus et[6] relinquimur✓ simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo[7] in aera; et sic semper✓ cum domino erimus. itaque consolamini inuicem✓ in[8] uerbis illis.[9]

[1] A. V. *om.*
[2] A. V. + autem.
[3] A. V. + fratres.
Fol. 25 b.
[4] A. V. adventum.
[a] V. jussu.
[5] A. V. sunt.
[6] A. V. qui.
[7] A. domino.
[8] A. *om.*
[9] A. V. istis.

**ad tesoloni[censes.]**[1]

Fratres[a]✓ ecce misterium[1] uobis dico omnes quidem resurgemus;[2] non omnes immotabimur[3] in momentu[4] in ictu oculi✓ in nouissima tuba;

[1] *Error* for 1 Cor. xv. 51-57.
[a] A. V. *om.*
[1] A. V. mysterium.
[2] A. resurgimus. A. V. + sed.
[3] A. V. immutabimur. R.
[4] A. V. momento. Fol. 26 a.

[5] A. *om.*
[6] A. V. immutabimur.
[7] A. incorruptelam. V. incorruptionem.
[8] A. V. + Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem.
[9] A. Absorta. V. absorpta.
[10] A. V. + mors.
[11] A. V. + est. [12] A. V. vero.
[13] A. V. *transpose.*

canet enim tuba[5] et mortui resurgent incorrupti ✓ et nos immotabimur.[6] oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilem[7] ✓ et mortale hoc induere immortalitatem[8] ✓ tunc fiet sermo qui scriptus est; obsorbpa[9] est[10] in uictoria ✓ ubi[11] mors uictoria tua. ubi[11] mors stimulus tuus ✓ stimulus autem mortis peccatum[11] ✓ uirtus autem[12] peccati lex; gratias[13] autem deo[13] ✓ qui dedit nobis uictoriam.

2 Mac. xii. 43-45.
[1-1] V. Et facta collatione.
[2] V. millia.
[3] V. drachmas. [4] V. misit.
[5] V. offerri. [6] V. *om.*
[7] V. + sacrificium.
[8] V. bene.
Fol. 26 b.
[9] V. et.

## lectio libri machabeorum.

[1]In diebus illis ✓ uir fortissimus iudas collatione facta[1] xii. milia[2] dragmas[3] argenti ✓ missit[4] ierusolimam offerre[5] eas[6] ibi pro peccatis mortuorum ;[7] iuste[8] et religiose ✓ de resurrectione cogitans nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret. superfluum uideretur et uanum orare pro mortuis; sed[9] quia considerabat quod his qui cum pietate dormitionem acceperant optimam haberent repositam gratiam; sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ✓ ut a peccatis soluantur;

gradale Requiem ęternam d*ona eis* d*omine* et lux perpet*ua* l*uceat eis.*

R. ꝟ Absolue domine animas eorum ab omni uinculo delictorum.

S. Tractus De profundis clamaui ad te domine domine exaudi orationem meam.

S. ꝟ Fiant aures tuę intendentes in orationem serui tui.

S. ꝟ Si iniquitates obs*eruaueris* d*omine* domine quis sustine*bit.*

S. Quia apud te propitiatio est et propter l*egem tuam sustinui* te d*omine.*

Joh. xi. 21-27.
[1] A. V. *om.*
[2] A. V. + ergo.
Fol. 27 a.
[3] A. V. dicit. [4] A. V. illi.
[5] A. novissima.
[6] A. *om.*

## secundum iohannem

[1]In illo tempore[1] ✓ dixit[2] martha ad ihesum; domine ✓ si fuisses ✓ hic frater meus non fuisset mortuus. sed et nunc scio ✓ quia quęcunque poposceris a deo dabit tibi deus;[1] dixit[3] ei[4] ihesus; resurget frater tuus; dixit[3] ei martha. scio ✓ quia resurget in resurrectione in nouissimo[5] die; dixit ei ihesus; ego sum resurrectio et uita; qui credit in me ✓ etiamsi mortuus fuerit uiuet; et omnis qui uiuit et credit in me ✓ non morietur in ęternum; credis hoc ✓ ait illi; utique domine; ego credidi quia tu es christus filius dei uiui ✓ qui in hunc[6] mundum. uenisti;

Joh. vi. 51-55.
[1-1] A. V. *om.*

## secundum iohannem

[1]In illo tempore ✓ dixit ihesus turbis iudęorum;[1] ego sum panis uiuus qui de celo descendi; si quis manducauerit ex hoc pane ✓ uiuet in

ęternum; et panis quem ego dabo caro mea est✓ pro mundi uita; litigabant ergo iudei✓ ad inuicem dicentes; quomodo potest hic[a] carnem suam dare[2] uobis[2 3] ad manducandum✓ dixit ergo eis ihesus; amen amen dico uobis; nisi manducaveritis carnem filii hominis. et biberitis eius sanginem[b]✓ non habebitis uitam in uobis; qui manducat carnem[2] meam[2] et bibit[4] sanginem[b 5] meum.[5] habet uitam ęternam; et ego resuscitabo eum✓ in nouissimo die.

Fol. 27 b.
[a] V. + nobis.
[2] A. *transposes.*
[3] A. nobis. V. *om.*
[b] A. V. sanguinem.
[4] A. bibet.
[5] A. V. *transpose.*

## secundum iohannem.

Joh. v. 24-29.

[1]In illo tempore✓ dixit ihesus discipulis suis;[1] amen amen dico uobis✓ quia qui uerbum meum audit et credit ei qui me[2] misit.[2] habet uitam ęternam.[3] amen amen dico uobis✓ quia uenit hora et nunc est✓ quando mortui audient uocem filii dei. et qui audierunt[4] uiuent; sicut enim pater habet uitam in semetipso✓ sic dedit et filio uitam[5] in semetipso habere.[a] et potestatem dedit ei[6] iudicium facęre quia filius hominis est; nolite mirari hoc✓ quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem[b] filii[7] dei;[7] et procident[8] qui bona fecerunt. in resurrectionem uitę; qui uero mala fecerunt[9]✓ in resurrectionem iudicíí.

[1-1] *om.* S.
[2] A. V. *transpose.*
[3] A. V. +et in iudicium non veniet (V. venit) sed transiet (V. transiit) a morte in vitam.
[4] A. V. audierint.
[5] A. V. + habere.
[a] A. V. *om.*
[6] A. + et. Fol. 28 a.
[b] A. + ejus. [7] A. *om.*
[8] A. V. procedent.
[9] A. V. egerunt.

## secundum iohannem

Joh. vi. 37-40.

[1]In illo tempore✓ dixit ihesus discipulis suis et turbis iudeorum.[1] omne quod dat mihi pater ad me uenit;[2] et eum qui uenit ad me non eiiciam foras. qui[3] de celo descendi.[3] non ut faciam uoluntatem meam. sed uoluntatem eius qui misit me. hec est autem uoluntas eius qui misit me patris✓ ut omne quod dedit michi[a] non perdam. ex eo quicquid[b] sed resuscitem illud[4] in nouissimo die. hic[5] est enim uoluntas patris mei qui misit me✓ ut omnis qui uidet filium et credit in eum habeat uitam ęternam; et ego[6] resuscitabo[6] eum✓ in nouissimo die.

[1-1] A. V. *om.*
[2] A. V. veniet.
[3] A. V. quia descendi de cœlo.
[a] A. V. mihi.
[b] A. V. *om.*
[4] A. illum. [5] A. V. hæc.
Fol. 28 b.
[6] A. *transposes.*

## offertorium

Domine ihesu christe rex glorie libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni et de profundo lacu libera eas de ore leonis ne absorueat eas tartarus ne cadant in obscura[1] sed signifer sanctus michael representet eas in lucem sanctam. Quam olim abrahę promisisti et semini.

[1] R. obscurum. S. + tenebrarum loca.

sacerdos se inclinat et dicit.

P.

Hostias et preces tibi domine offerimus.

S. — **Chorus.** Tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriam agimus fac eas domine de morte transire ad uitam. quam olim.

S. — Orate fratres. pro fidelibus defunctis

S. — **chorus** Requiem ęternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis.

Fol. 29 a.
[2] S. + vitiis.
S.

Animas famulorum tuorum ab omnibus[2] humanę conditionis quęsumus domine hęc absoluat oblatio quę totius mundi tulit immolata peccatum. per.

**prefatio.**

P.
[Gerbert, i. 328. D. fol. 55 b.]

U. D. per christum dominum nostrum. per quem salus mundi ✓ per quem uita hominum ✓ per quem resurrectio mortuorum per ipsum te dominum suppliciter deprecamur ut animabus omnium fidelium defunctorum indulgentiam largiri digneris perpetuam ✓ atque a contagíís mortalitatis exutas in ęternę saluationis partem restituas. per quem.

**communio**

S.

Pro quorum memoria corpus christi sumitur dona eis domine requiem sempiternam

℣ Et lux perpetua luceat eis. pro quarum me*moria* sangis christi bibitur[1] dona eis domine[2]

[1] S. sumitur.
[2] S. + requiem sempiternam.

**postcommunio**

S.
Fol. 29 b.
[1] S. + ut.
[2] S. + semper.
[3] S. + mereantur.

Annue nobis domine per hoc sanctum sacrificium quod sumpsimus.[1] Animę famulorum tuorum famularumque tuarum remissionem quam[2] optauerunt percipere[3] delictorum. per.

## pro epis[copo] d[efuncto]

[1-1] R. *om.*

Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos. N. pontificali fecisti dignitate censeri. presta quesumus ut [1]quorum uicem ad horam gerebant in terris[1] eorum perpetuo consortio lętentur in celis. per.

**secreta**

P.
[D. fol. 57 a.]

Suscipe domine quesumus pro animabus famulorum tuorum pontificum quas offerimus hostias. ut quibus pontificale donasti misterium dones et meritum. per.

**postcommunio**

P.
[D. fol. 57 a.]

Propitiare domine supplicationibus nostris ut animas famulorum tuorum N pontificum in regione uiuorum eternis iube gaudiis sociari per.

## pro abbate. Fol. 30 a. S.

Presta quesumus domine ut anima famuli. tui N quem in hoc seculo commorantem sacris muneribus decorasti in celesti sede gloriosa semper exultet. per. S.

secreta

Suscipe quesumus domine hostias quas tibi pro anima famuli tui. N. humiliter immolamus ut cui sacerdotale officium contulisti dones et prçmium.[1] per. S.

[1] S. meritum.

postcommunio

Concede quesumus omnipotens deus ut per hçc sancta misteria anima famuli[1] tui.[1] N. in conspectu tuo semper clara consistat qui tibi fideliter ministrauit. per. S.

[1] S. tui abbatis.

## pro sacerdotibus

oratio S.

Deus cuius misericordiæ non est numerus suscipe pro animabus famulorum tuorum sacerdotum preces[1] sacerdotum[1] preces nostras. et lucis eis lçtitiçque in[1] regionem in sanctorum tuorum societate concede. per. S.

[1] S. *om.*

secreta Fol. 30 b.

Quesumus domine ut oblationem quam tibi offerimus pro animabus famulorum tuorum sacerdotum placatus accipias. et quos tuis altaribus seruire tribuisti ad beatorum pertinerç[1] iubeas consortia sacerdotum. per. S.

[1] S. pervenire.

postcommunio

Presta quesumus [1]domine deus animabus famulorum tuorum sacerdotum[1] çternç felicitatis consortium. quibus donasti sacri altaris consequi ministerium. per. S.

[1-1] omnipotens Deus. per hæc sancta mysteria animæ famuli tui sacerdotis.

## pro diaconibus

Beati Zephani protomartiris tui quesumus domine intercessione nos protege et animas famulorum tuorum diaconorum. N. sanctorum tuorum iunge consortiis. per. P.

secreta

Suscipe quesumus domine hostias placationis et laudis quas in honore sancti Zephani protomartiris tui nomini tuo consecrandas deferimus et pro requie famuli tui. N. leuite tibi suppliciter immolamus. per. P.

[A similar Sec. in a missa pro amico defuncto, S. 874*.]

Fol. 31 a.

P.
[A similar Postcom. in a missa pro quolibet defuncto, S. 874*.]

**postcommunio**

Ascendant ad te domine preces nostrę ut animas famulorum tuorum. N. leuitarum ęternę gaudia suscipiant. et quos fecisti adoptionis participes iubeas hereditatis tuę esse consortes. per.

P.
[= S. Missa pro fratribus et sororibus.]

## pro fratribus nostrae congregationis

Deus uenię largitor et humanę salutis auctor quesumus clementiam tuam ut nostrarum congregationum fratres[1] qui ex hoc seculo transierunt intercedente beata maria semper uirgine et beato michaele archangelo cum omnibus sanctis tuis ad perpetuę beatitudinis consortium peruenire concedas. per.

[1] S. + et sorores.
S.

**secreta.**

Deus cuius misericordiæ non est numerus suscipe propitius preces humilitatis nostrę et animabus fratrum[1] nostrarum congregationum quibus tui nominis dedisti confessionem per hec sacramenta salutis nostrę cunctorum remissionem tribue peccatorum. per.

Fol. 31 b.
[1] S. + et sororum.

**postcommunio**

Pręsta quesumus omnipotens deus. ut animę fratrum[1] nostrarum congregationum pro quibus hoc sacrificium laudis tuę obtulimus maiestati per huius uirtutem sacramenti a peccatis omnibus expiatę lucis perpetuæ te miserante recipiant beatitudinem. per.

[1] S. + et sororum.

## pro parentibus defun[ctis]

Deus qui nos patrem et matrem honorare pręcepisti miserere clementer animabus parentum[1] nostrorum[1] eorumque peccata omnia[2] dimitte nosque eos in ęternę claritatis gaudio fac uidere. per.

[1-1] R. S. patris et matris meæ.
Fol. 32 a. [2] R. S. *om.*

**Secreta**

Suscipe sacrificium domine quod tibi pro animabus parentum[1] nostrorum[1] offertur eisque gaudium sempiternum in regione uiuorum concede nosque felicitati sanctorum coniunge. per.

[1-1] R. S. patris et matris meæ.

**postcommunio**

Celestis participatio domine sacramenti animabus parentum[1] nostrorum[1] requiem et lucem

[1-1] R. S. patris et matris meæ.

obtineat perpetuam nosque cum illis gratia tua coronet eterna. per.

## Pro benefactoribus d[efunctis]

Miserere quesumus domine animabus omnium benefactorum nostrorum defunctorum. et de[1] beneficiis quę nobis largiti sunt in terris. pręmia ęterna consequantur in celis. per.

S.
[1] S. pro.

**secreta**

Suscipe domine hec munera pro animabus omnium nostrorum requiescentium benefactorum et pro beneficiis eorum quibus sustentamur. da eis retributionem in regno celorum. per.

P.

**postcommunio**

Fol. 32 b.

Sumpta sacramenta domine nos absoluant[1] uinculis peccatorum. et animabus[2] nostrorum benefactorum defunctorum consortia obtineant spirituum beatorum. per.

[1] S. + a.
[2] S. + omnium.
S.

## pro carnalibus. d[e]f[unctis].

P.
[= S. Pro masculis familiaribus.]

Omnipotens sempiterne deus, cui nunquam sine spe misericordię supplicatur. propitiare animabus famulorum tuorum. N. ut qui de hac uita in tui nominis confessione decesserunt sanctorum tuorum numero facias aggregari. per.

S.

**secreta**

Propitiare quesumus domine animabus famulorum tuorum. N. pro quibus tibi hostias placationis offerimus. et qui in hac luce in fide manserunt catholica in futura uita eis[1] retributio condonetur. per.

S.
[1] S. + misericordissima.

**postcommunio**

Presta quesumus omnipotens deus ut animas famulorum tuorum. N. ab angelis lucis susceptas in preparata habitacula deduci facias beatorum. per.

S.
Fol. 33 a.

## Pro feminis d[efunctis.]

Quesumus domine pro tua pietate miserere animabus famularum tuarum et a contagiis mortalitatis exutas in ęternę saluationis partem restitue. per.

S.

**secreta**

His sacrificiis quęsumus domine animę

S.

famularum tuarum a peccatis omnibus exuantur. [1]a quibus[1] nemo liber existit ut per hec pię placationis officia perpetuam misericordiam consequantur. per.

[1-1] S. sine quibus a culpa.

postcommunio

S.

Inueniant quesumus domine animę famularum tuarum lucis ęternę consortium cuius perpetuę gratiæ[1] consecutę sunt sacramenta. per.

[1] S. misericordiæ.

Fol. 33 b.

## Pro his qui cimitherio requiescunt

oratio

Deus cuius miseratione animæ fidelium requiescunt famulis[1] et famulabus tuis omnibus hic et ubique in christo quiescentibus da propitius ueniam peccatorum ut a cunctis reatibus absoluti tecum sine fine lętentur. per.

[1] S. animabus famulorum, &c.

secreta

Pro animabus famulorum famularumque tuarum hic et ubique omnium [1]catholicorum dormientium[1] hostiam domine suscipe benignus oblatam ut hoc sacrificio singulari uinculis horrendę mortis exuti[2] uitam mereantur[3] eternam. per.

[1-1] S. in Christo quiescentium.
[2] S. exutæ.
[3] S. + invenire.

postcommunio

Deus fidelium lumen animarum adesto[1] supplicationibus[2] nostris. et da famulis et famulabus tuis quorum corpora hic et ubique requiescunt refrigerii sedem quietis beatitudinem luminis claritatem. per.

[1] S. + propitius.
[2] S. invocationibus.

Fol. 34 a.

## Pro amico def[uncto.]

[These three prayers in S. are under the heading "In die trigintali."]

Deus cui proprium est misereri semper et parcere propitiare animę famuli tui. N. et omnia eius peccata dimitte. ut mortis uinculis absoluta transire mereatur ad uitam. per.

secreta

S.

Intuere quesumus omnipotens ęterne deus et[1] suscipere dignare hoc sacrificium quod tibi offerimus. pro anima famuli tui. N. et concede illi perpetuam et requiem sempiternam per.

[1] S. + placatus.

postcommunio

S.

Prosit quesumus domine animę famuli tui N. diuini celebratio sacramenti ut eius in quo sperauit et credidit ęternam capiat te miserante consortium. per.

[A similar Postcom. appears in R. with special application, Pro summo Pontifice; Episc.; Ep. Card.; Presbyt. Card.]

## Pro femina d[efuncta]

S.

Maiestatem tuam domine supplices deprecamur ut animę[1] famulę tuę. N. ab omnibus quę humanitus commisit exuta in tuorum censetur[2] sortem iustorum per.

[1] S. anima.
Fol. 34 b.
[2] S. censeatur.

### ſecreta

S.

Hostias tibi domine[1] supplicatione deferimus ut animę[a] famulę tuę. N. per hec pie placationis officia [2]perpetuam misericordiam consequatur.[2] per.

[1] S. + humili.
[a] S. anima.
[2.2] S. pervenire mereatur ad requiem sempiternam.

### poſtcommunio

Presta quesumus domine animę famulę tuę. N. misericordiam tuam sempiternam. ut eam mortalibus nexibus expeditam lux ęterna possideat. per.

S.

## Miſſa in anniuerſario

Deus indulgentiarum domine da animę famuli tui N. cuius anniuersarium depositionis diem commemoramus refrigerii sedem quietis beatitudinem[1] luminis claritatem. per dominum.

[1] R. + et.

### ſecreta

Propitiare domine supplicationibus nostris. pro anima[1] et[2] spiritu[2] famuli tui. N. cuius hodie annua dies agitur pro qua tibi offerimus sacrificium laudis. ut eam sanctorum tuorum consortio sociare digneris. per.

[1] R. animabus famulorum famularumque tuarum.
[2] R. S. *om.*
Fol. 35 a.

### poſtcommunio

Presta domine quesumus ut anima famuli[1] tui. N. cuius[1] anniuersarium [2]celebramus depositionis diem[2] his purgata sacrificiis indulgentiam pariter et requiem capiat sempiternam. per.

[1.1] R. famulorum famularumque tuarum quorum.
[2.2] S. R. depositionis diem recolimus (R.) commemoramus.

## Pro eo qui ſine penitentię remedio deſiungitur.[1]

P.
[[1] = defungitur?]
[= S. Pro defuncto morte prevento.]

S.

Omnipotens et misericors deus in cuius humana condicio potestate consistit. animam famuli tui. N. quesumus[1] domine[2] absolue peccatis. et penitentiæ fructum quem uoluntas eius optauit mortalitate[3] non perdat. per dominum.

[1] S. + ab omnibus.
[2] S. *om.*
[3] S. præventus morte.

### ſecreta

Satisfaciat tibi domine quesumus pro anima famuli tui N. sacrificium presentis oblatio. et

S.
Fol. 35 b.

[1] S. + inveniat.
[2] S. vocis.
[3] S. fructum te largiente perficiat.

peccatorum ueniam quam quesiuit.[1] et quod officio linge[2] implere non potuit. desideratæ penitentię[3] compensatione percipiat.[3] per.

S.
[1] S. præstatur.
[2] S. humanis cordibus.
[3] S. + quod.
[4] S. animæ.

**postcommunio**

Deus a quo speratur[1] humani[2] corporis[2] omne[3] bonum est tribue quesumus per hec sancta que sumpsimus ut sicut anima[4] famuli tui. N. penitentiam uelle donasti. sic indulgentiam tribuas miseratus optatam.

## Pro fidelibus def[unctis.]

1.1 S. omnium fidelium defunctorum.

Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus[1] famulorum famularumque tuarum[1] remissionem cunctorum tribue peccatorum. ut indulgentiam quam semper optauerunt piis supplicationibus consequantur. per.

**secreta**

Fol. 36 a.
1.1 S. omnium fidelium defunctorum.

Hostias quesumus domine quas tibi pro animabus [1]famulorum famularumque tuarum[1] offerimus propitiatus intende. ut quibus fidei christianę meritum contulisti dones et premium. per dominum.

**postcommunio**

1.1 S. omnium fidelium defunctorum.

Animabus quesumus domine [1]famulorum famularumque tuarum[1] oratio proficiat supplicantium. ut eas et a peccatis omnibus exuas. et tuæ redemptionis facias esse participes. per.

## missa communis

Omnipotens sempiterne deus qui uiuorum dominaris simul. et.

**secreta**

Deus cui soli cognitus est numerus.

**postcommunio**

S.
Fol. 36 b.

Pro celestis conuiuii iocunditate gratias agimus tibi rex et sacerdos noster maiestatem tuam humiliter rogantes ut hec sacrosancta corporis et sanginis hostia non sit nobis reatus ad penam. sed intercessio salutaris ad ueniam. sit ablutio scelerum sit fortitudo fragilium. sit contra omnia mundi pericula firmamentum sit uiuorum atque mortuorum fidelium remissio omnium delectorum qui cum deo patre et spiritu sancto uiuis et regnas deus per omnia secula seculorum Amen.

*

Facta professione ut se inuicem caste et fideliter custodiant usque in finem uitæ sue ponuntur sponsalia nummorum et anulorum argenti super pallium[1] ante altare coram sacerdote parentibus et amicis viri et mulieris. deinde talibus incipit a sacerdote induto alba et stola.

[* Here there is a blank line, in which no title has been inserted for the following Ordo sponsalium. Fols. 36 b and 37 a are much worn and nearly illegible. There are wide variations from the S. Ordo Sponsalium and the R. Ritus celebrandi matrimonii.]

Benedictio super anulum et argentum, sic.

Creator et conseruator humani generis dator gratię spiritualis largitor ęternę salutis tu domine mitte benedictionem tuam super hunc anulum et hoc argentum. per.

Fol. 37 a.

antifona Manda deus uirtutem tuam confirma deus hoc quod operatus es in nobis.

psalmus Exurgat deus et dissi*pentur* usque argento.

Ps. lxvii. 1-31.

**oratio.**

Respice domine de celo sùper hanc conuentionem per angelum tuum raphaelem pacificum ut sint sani atque digni tua que eos benedictione perfunde. per.

antifona Beati omnes qui timent dominum.

psalmus *

Tunc acceptum a prespitero anulum imponit pollici mulieris et indici et in medio digito dexteræ in nomine sancte trinitatis et facta communi oratione pro eis d*icit*.

Fol. 37 b.

Deus abraam. deus isaac. deus iacob. benedic adolescentes istos. et semina semen uitæ in mentibus eorum. ut quicquid pro utilitate didicerunt hoc cupiant facere. per dominum.

**oratio**

Respice domine de celo super hanc conuentionem et sicut misisti tobię et sarrę filiæ raguelis raphaelem angelum tuum pacificum ita mittere digneris benedictionem tuam super istos adolescentes ut sint sani et digni atque pacifici et gratiam celestem in eos perfunde. per.

**oratio**

Benedicat uos pater et filius et spiritus sanctus qui trinus est in uno et unus es in nomine. qui in trinitate perfecta.*

Fol. 38 a.

Tunc sponsis cereos ardentes tenentibus inchoat sacerdos missam ita dicens.[1]

[[1] There are many variations from the S. Missa de Trinitate, p. 836*; R. p. xliii.; and the R. Missa pro sponso et sponsa, p. lxxvi.]

antifona Benedicta sit sancta.

**oratio**

Adesto domine supplicationibus nostris. et institutis tuis quibus propagationem humani generis ordinasti benignus assiste ✓ ut quod te auctore iungitur te auxiliante seruetur. per.

**ad corinthios**

1 Cor. vi. 15-20.

Fratres[1] ✓ nescitis quoniam corpora uestra membra christi[2] sunt[2] ✓ tollens ergo membra

[1] S. scutum vel librum.

[1] A. V. *om.*

[2] V. *transposes.*

Fol. 38 b.

christi faciam membra meretricis ✓ absit; an nescitis quoniam qui adheret meritrici ✓ unum corpus efficitur; erunt enim inquit duo ✓ in carne una; qui autem adheret domino ✓ unus spiritus est fugite fornicationem. omne[3] peccatum quod[4] fecerit homo extra corpus est ✓ qui autem fornicatur in corpus suum peccat; an nescitis quoniam membra uestra templum estis[5] spiritus sancti qui in uobis est quem habetis a deo et non estis uestri empti enim estis ✓ pretio magno glorificate et portate deum ✓ in corpore uestro.

[3] A. + enim.
[4] A. V. quodcumque.
[5] A. est. V. sunt.

Mat. xix. 3-6.

## secundum mattheum

[1] In illo tempore[1] ✓ accesserunt ad ihesum[2] pharisei temptantes[3] eum ✓ et dicentes; si licet homini dimittere suam uxorem quacunque[4] ex causa. qui respondens ✓ ait illis;[5] non legistis quia qui fecit hominem[6] ab initio masculum et feminam fecit eos ✓ et dixit; propter hoc relinquet[7] homo patrem suum[8] et matrem suam[8] ✓ et adherebit uxori sue; et erunt duo ✓ in carne una; itaque ✓ iam non sunt duo. sed una caro; quod ergo deus coniunxit ✓ homo non separet;

[1.1] A. V. et.
[2] A. V. eum.
[3] A. temtantes. V. tentantes.
[4] A. V. quacumque.
[5] A. V. eis. [6] A. *om.*
Fol. 39 a.
[7] A. dimittit. V. dimittet.
[8] A. V. *om.*

## offertorium

Benedictus sit.

Postquam uero sponsi obtulerint cereos et oblationem suam dicente presbitero. Orate fratres. Prosternantur super genua retro prespiterum uelentur pallio cum liberis suis.

[S. p. 839.]

## secreta

Suscipe domine quesumus pro sacra lege conubii munus oblatum et cuius creator es operis esto dispositor.

## prefatio

U. D. eterne deus. Qui federe nuptiarum blando concordie iugo et insolubili uinculo pacis nexuisti. ut multiplicandis adoptionum filiis. sanctorum conubiorum fecunditas pudica seruiret. tua enim prouidentia. tua gratia ineffabilibus modis utrumque dispensat ✓ ut quos generatio edit ad mundi ornatum regeneratio ad ęclesię. perducet augmentum. per christum. dominum.

Fol. 39 b.

Postquam autem dicat sacerdos pax domini conuersus retro prespiter ad populum compleat has orationes super eos iacentes

## benedictio sponsę

Deus qui potestate tue uirtutis de nichilo cuncta creasti qui dispositis uniuersitatis exordis homini ad imaginem tuam sancto[1] ideo[2] inseparabile mulieris adiutorium condidisti ut femi-

[1] S. facto. [2] S. adeo.

neo corpori de uirili carne dares principium docens utique[3] ex uno placuisset institui nunquam liceret. disiungi. deus qui tam exellenti misterio coniugalem copulam consecrasti ut christi et ęclesię sacramentum presignares in federe nuptiarum. deus per quem mulier iungitur uiro et societas principalis ordinata ea benedictione donetur. que sola nec per originalis peccati penam. nec per diluuii ablata sententiam. huius[1] famulę tuæ per rudimenta sanctifica. ut bono et prospero sociata consortio legis ęternę iussa custodiat. meminerit que domine non tandum ad licentiam coniugalem. sed obseruantiam fidei sanctorum pignorum se deligatam,[1] fidelis et casta nubat in christo. imitatrixque sanctarum permaneat feminarum sit amabilis ut rachel uiro suo. sapientis ut rebeca longeva et fidelis ut sarra. nihil ex hac subdolus ille preuaricatis auctor usurpet. nexa fidei mandatis que permaneat feminarum uni thoro iuncta contactus uitæ illicitos fugiat. muniat informitatem suam robore disciplinę. sit uericunda grauis. pudore uenerabilis. doctrinis celestibus erudita. sit fecunda sobole. sit[2] probata et innocens. et ad beatorum requiem atque ad celestia regna pariter perueniant. et uideant filios filiorum suorum usque in tertiam et quartam progeniem et ad optatam perueniant senectutem. per dominum nostrum.

oratio

Deus qui mundi crescentis exordium multiplica prole benedixisti propitiare supplicationibus nostris. et super hanc famulam tuam. N. opem tuę benedictionis infunde. ut in coniugali consortio affectu compari mente consimili sanctitate motua copulentur. per.

oratio

Omnipotens sempiterne deus qui primos parentes nostros adam et euam sua uirtute creauit et in sua sanctificatione copulauit. ipse corda et corpora uestra sanctificat atque benedicat. et societate uerœ dilectionis coniungat. quique ad parandas nuptias tobiæ et sarrę raphaelem angelum misit. ipse de supernis sedibus sanctum angelum suum mittat. qui uos in suo seruitio confortet. et in perpetuum ab omni malo defendat. et qui dignatus est nasci de maria uirgine et suo presentatu miraculo

Marginal notes:

[3] S. quod.

Fol. 40 a.

[1.1] respice (S. quæsumus) propitius super hanc famulam tuam, quæ maritali jungenda consortio tua se expetit protectione muniri. Sit in ea jugum dilectionis et pacis. R. S.

Fol. 40 b.

[2] The S. order of the concluding words is different.

Fol. 41 a.

Fol. 41 b.

nuptias consecrare quando aquam in uinum conuertit. ipse nuptiis uestris interesse. nosque sanctificare et benedicere dignetur. deturque uobis quieta tempora mentium et corporum gaudium et procreatione in filiorum et filiarum et post huius seculi labores faciat uos peruenire ad consortia sanctorum ✓ per

Benedicat uos pater. custodiat uos ihesus christus. illuminet uos spiritus sanctus. ostendat que uobis dominus faciem suam et misereatur uestri. Conuertat dominus uultum suum ad

Fol. 42 a. uos et det uobis pacem. impleatque uos omni benedictione in remissionem peccatorum ut habeatis uitam eternam. qui.

Deinde surgunt sponsi et sponsę et d*a*t sacerdos. pax domini. et sponsus pacem susceptam a prespitero et tribuit sponsę et ceteris sic eos communicant si digni sunt

### postcommunio

P. Exaudi nos omnipotens deus ut quod nostro ministratur officio. tua potius benedictione compleatur. per.

[Sar. Man. fol. lviii.]

## Benedictio cibi et potus nuptiarum.

Benedic domine hunc potum et hunc cibum. et hoc uasculum sicut benedixisti sex hydrias in chana galileę. et ut fecisti uinum de aqua sic benedicere et sanctificare digneris hunc potum et hoc uasculum ut sint sani atque immaculati omnes qui ex eo gustaverint pater sancte qui regnas.

*Ib.* R.

## Benedictio talami.

Fol. 42 b. Benedic domine talamum istum et omnes habitantes in eo. et in tua pace consistant. et in tua uoluntate permaneant. et in amore tuo uiuant et senescant et multiplicentur in longitudine dierum. per

## Benedictio corporum

*Ib.* Benedicat deus corpora uestra et animas uestras. et det super uos benedictionem sicut benedixit abraam ysaac. et iacob manus domini sit super uos mittatque angelum suum qui custodiat uos omnibus diebus uitæ uestrę. per dominum. nostrum.

## Dominica prima de ad[uentu] domini

Fol. 43 a.

Ad te leuaui animam meam deus meus in te confido non erubescam neque irrideant me inimici mei etenim uniuersi qui te expectant non confundentur.

**Psalmus.** Uias tuas domine demonstra mihi et semitas tuas edoce me.

**oratio**

Excita domine quęsumus potentiam tuam et ueni. ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente eripi. et te liberante saluari :⁄ qui tecum

**ad rom[anos]**

Rom. xiii. 11-14.

Fratres[a] :⁄ scientes quia hora est :⁄ iam nos de sompno[b] surgere; nunc enim[1] propior est nostra salus :⁄ quam cum credidimus nox pręcessit :⁄ dies autem appropinquauit;[2] abiiciamus ergo opera tenebrarum :⁄ et induamur arma[3] lucis sicut in die honeste ambulemus; non in comesationibus[c] et ebrietatibus :⁄ non in cubilibus et impudicitiis[4] non in contentione et emulatione;[5] sed induimini :⁄ dominum nostrum[5] ihesum christum.

[a] A. V. et hoc.
Fol. 43 b.
[b] A. V. somno. [1] A. autem.
[2] A. adpropiavit.
[3] A. armis.
[c] V. comessationibus.
[4] A. inpudicitiis.
[5] A. V. *om.*

**Gradale** Uniuersi qui te expectant non confundentur domine

**v** Uias tuas domine demonstra mihi et semitas tuas edoce me. Alleluia.

**v** Ostende nobis domine misericordiam tuam et sal*utare tuum* d*a* nobis.

**secundum marcum**

Marc. i. 1-8. P.
[Mis. Mozar. in vi. domin. de Adventu Domini.]

Principium[1] euangelíí domini[2] nostri[2] ihesu christi filii dei :⁄ sicut scriptum est in isaia[3] propheta; ecce mitto angelum meum ante faciem tuam :⁄ qui preparauit[1] uiam tuam ante te. uox clamantis in deserto :⁄ parate uiam domini rectas facite semitas eius; fuit iohannes in deserto baptizans et predicans baptismum penitentię :⁄ in remissionem peccatorem; et egrediebatur ad illum[5] indeę regio et ierusolimite[6] uniuersi :⁄ et baptizabantur ab illo in iordane[a] flumine confitentes peccata sua; et erat iohannes uestitus pilis camelorum.[7] et zona pellicia[b] circa lumbos eius :⁄ et locustos et mel siluestre edebat et prędicabat dicens uenit fortior me post me :⁄ cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calciamentorum eius; ego baptizaui uos in aqua :⁄ ille uero baptizabit uos in spiritu sancto.

[1] A. V. Initium.
[2] A. V. *om.*
Fol. 44 a.
[3] A. Esaia.
[1] A. V. praeparabit.
[5] V. eum. A. + omnis.
[6] A. Hierosolymitae. V. Ierosolymitae.
[a] V. Iordanis.
[7] A. V. cameli.
[b] V. pellicea.
Fol. 44 b.

**offertorium**

Ad te domine leuaui animam meam deus meus in

te confido non neque *irrideant* me *inimici mei etenim uniuersi* qui te *non*.

Hec sacra nos domine potenti uirtute mundatos ad suum faciant puriores uenire principium. per.

**communio**

Dominus dabit benignitatem et terra nostra dabit fructum suum.

**secreta**

Suscipiamus domine misericordiam tuam in medio templi tui et reparationis nostrę uentura sollennia congruas honoribus pręcedamus:⁄ per.

## uigilia natal[is] domini.

Hodie scietis quia ueniet dominus et saluabit nos et mane uidebitis gloriam eius.

**Psalmus** Domini est *terra* et eius *orbis terrarum* et qui *habitant* in eo.

Fol. 45 a.

Deus qui nos redemptionis nostræ annua expectatione letificas. pręsta ut unigenitum tuum quem redemptorem lęti suscipimus uenientem quoque iudicem securi uideamus. per.

Rom. i. 1-5.

[1] A. V. *om.* [a] V. *transposes.*

**ad rom[anos]**

Fratres[1]:⁄ paulus seruus christi[a] ihesu[a] uocatus apostolus segregatus in euangelium dei quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo:⁄ qui factus est ei ex semine dauid secundum carnem qui predistinatus[b] est filius dei in uirtute:⁄ secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum domini[2] nostri ihesu christi[2]:⁄ per quem accepimus[3] gratiam et apostolatum ad obaudiendum[4] fidei:⁄ in omnibus gentibus pro nomine eius; in quibus estis et uos uocati:⁄ ihesu christi domini[1] nostri;[1]

[b] A. V. predestinatus.
[2.2] A. V. Jes. Christ. dom. nost.
[3] A. accipimus.
[4] A. obœdiendum. V. obediendum.

Fol. 45 b.

**Gradale.** Hodie scietis quia ueniet dominus et saluabit nos. et mane ui*debitis* gloriam eius.

**v** Quia regis israel intende. Alleluia.

**v** Crastina die delebitur iniquitas terrę et regnabit super nos saluator mundi.

Mat. i. 18-21.

[1] A. V. *om.*
[2] A. V. desponsata.
[3] A. V. ejus.

**secundum matheum**

[1]In illo tempore[1]:⁄ cum esset disponsata[2] mater ihesu[3] maria ioseph:⁄ antequam conuenirent inuenta est in utero habens de spiritu sancto; ioseph autem uir eius cum esset homo[a] iustus:⁄ et nollet eam traducere uoluit occulte dimittere eam; hec autem eo cogitante ecce angelus domini in[b] sompnis[4] apparuit[b 5] ei dicens. ioseph filii dauid:⁄ noli timere accipere

[a] V. *om.*
[4] A. V. somnis.
[b.b] V. apparuit in somnis.
[5] A. paruit.

mariam coniugem tuam; quod enim in ea natum est:ˊ de spiritu sancto est; pariet autem filium:ˊ et uocabis nomen eius ihesum; ipse enim saluum faciet populum suum:ˊ a peccatis eorum. Fol. 46 a.

**offertorium**

Tollite portas principes *uestras* et *portę elauamini* et *rex* glorię.

**secreta**

Da nobis quesumus omnipotens deus ut sicut adoranda filii tui natalicia pręuenimus. sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes:ˊ per.

**communio**

Reuelabitur gloria domini et uidebit omnis *caro salutare* dei *nostri*

**postcommunio**

Da nobis quesumus domine unigeniti filii tui recensita natiuitate respirare cuius celesti misterio pascimur et potamur:ˊ qui tecum.

## Missa in gallicantu. S.

Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie ge*nui* te.

**Psalmus** Q*uare* fre*muerunt*.

**oratio**

Deus qui hanc sacratissimam noctem ueri luminis fecisti illustratione clarescere. da quesumus ut cuius lucis misteria[1] cognouimus. eius quoque gaudiis in celo perfruamur. per Fol. 46 b.

[1] R. S. + in terra.

**lectio ysaię profecte** Is. ix. 2, 6-7. S.

[1] Hec dicit dominus deus;[1] populus gentium[2] qui ambulabat in tenebris:ˊ uidit lucem magnam habitantibus in regione umbrę mortis:ˊ lux orta est eis; paruulus enim natus est nobis. et filius datus est nobis; et factus est principatus super humerum eius:ˊ et uocabitur nomen eius admirabilis consiliarius. deus fortis. pater futuri seculi:ˊ princeps pacis. multiplicabitur eius imperium:ˊ et pacis non erit finis. super solium dauid et super regnum eius sedebit:ˊ ut confirmet illud et corroboret in iudicio et institia:ˊ amodo et usque in sempiternum.

[1-1] V. *om.* [2] V. *om.*

**ad titum.** Tit. ii. 11-15.

K*arissim*e[1]:ˊ apparuit[2] gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos:ˊ ut abnegantes impietatem et secularia desideria; sobrie et iuste et pie uiuamus in hoc seculo; expectantes beatam spem:ˊ et aduentum glorię magni dei; et saluatoris nostri ihesu christi Fol. 47 a.

[1] A. V. *om.*
[2] A. V. + enim.

qui dedit semet ipsum pro nobis ut nos redimeret ab omnibus iniquitatibus et mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum; hec loquere✓ et exortare;[3] [4]in christo ihesu✓ domino nostro;[4]

[3] A. V. exhortare.
[4.4] V. et argue cum omni imperio.

**gradale** Tecum principium in die uirtutis tuæ in *splendoribus ex ante luciferum genui te*

Dixit dominus domino meo *sede* a *meis* donec *ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*

Luc. ii. 1-14.

## secundum lucam.

[1] In illo tempore[1]✓ exiit edictum a cessare[2] augusto✓ ut describeretur uniuersus orbis; hec discriptio prima facta est✓ a preside sirie[3] cirino[4] nomine;[5] et ibant omnes ut profiterentur singuli✓ in suam ciuitatem; ascendit autem et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam[a] ciuitatem dauid qui[6] uocatur bethleem✓ eo quod esset de domo et familia dauid ut profiteretur. cum maria desponsata sibi uxore prignante[7] [8]de spiritu sancto;[8] factum est autem cum essent ibi✓ impleti sunt dies eius ut pareret. et peperit filium suum primogenitum✓ et pannis eum inuoluit. et reclinauit eum in presepio quia non erat ei locus in diuersorio; et pastores erant in regione eadem uigilantes✓ et custodientes uigilias noctis supra gregem suum et ecce angelus domini stetit iuxta illos✓ et claritas dei circumfulsit illos; et timuerunt timore magno; et dixit illis angelus; nolite timere; ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum quod erit omni populo✓ quia natus est uobis hodie saluator mundi qui est christus[9] in ciuitate dauid; et hoc uobis signum inuenietis infantem in[10] pannis inuolutum✓ et positum in presepio; et subito facta est cum angelo multitudo militię celestis exercitus✓ laudantium dominum[11] et dicentium; gloria in altissimis deo✓ et in terra pax hominibus bonę uoluntatis.

[1.1] A. V. Factum est autem in diebus illis.
Fol. 47 b.
[2] A. V. Cæsare.
[3] A. V. Syriæ.
[4] A. V. Cyrino.
[5] A. V. *om.*
[a] V. + in. [6] A. V. quæ.
[7] A. V. prægnante.
[8.8] A. V. *om.*
Fol. 48 a.
[9] A. V. + dominus.
[10] A. V. *om.*
[11] A. V. deum.

## offertorium

Letentur celi et exultet terra ante faciem domini quoniam uenit.

Fol. 48 b.

Accepta tibi domine quęsumus hodierne festiuitatis oblatio ut tua gratia largiente per hęc sacrosancta commercia in illius inueniamur forma in qua tecum est nostra substantia✓ qui tecum uiuit

U. D. eterne deus✓ quia per incarnati uerbi misterium noua mentis nostrę oculis lux tuę

claritatis infulsit ut dum uisibiliter deum cognoscimus:· per hunc inuisibilium amore rapiamur. et ideo.

**infra canonem**

Communicantes et noctem sacratissimam celebrantes. qua beatæ mariæ intemerata uirginitas huic mundo edidit saluatorem sed et

**communio**

In splendoribus sanctorum ex utero ante lu*cem* ge*nui* te.

**postcommunio**

Da nobis quesumus domine deus noster ut qui natiuitatem domini nostri ihesu christi frequentare gaudemus dignis conuersationibus ad eius mereamur peruenire consortium. per. Fol. 49 a.

## de luce ad lucem.

P.
[= R. S. In aurora.]

Lux fulgebit hodie super nos quia natus est nobis dominus et uocabitur admirabilis deus princeps pacis pater futuri seculi cuius regni non erit finis.

**Psalmus** Dominus regna*vit* decorem.

**oratio**

Da nobis quesumus omnipotens deus ut qui noui incarnati uerbi tui luce perfundimur hoc in nostro resplendeat opere quod per fidem fulget in mente. per eundum.

**De anastassia.**

Da quesumus omnipotens deus ut qui beatæ anastassię martiris tuæ sollennia colimus eius apud te patrocinia sentiamus. per.

**ad titum.** Tit. iii. 4-7.

Fol. 49 b.

[1]Karissime:· apparuit benignitas et humanitas[1] salvatoris nostri dei:· non ex operibus institię que fecimus nos:· sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit; per lauacrum regenerationis et renouationis spiritus sancti:· quem effudit in os[2] abunde per ihesum christum saluatorem nostrum; ut iustificati gratia ipsius heredes sumus;[3] secundum spem:· uitæ ęternę;[4] in christo ihesu:· domino nostro;[4]

[1.1] A. V. cum autem benignitas et humanitas apparuit.
[2] A. V. nos.
[3] A. V. simus.
[4.4] A. V. *om.*

**Gradale** Benedictus qui uenit in nomine domini deus dominus et illuxit nobis

**v** A domino factum est et est mirabile in oculis nostris Alleluia. Dominus regnauit de*corem* induit do*minus fortitudinis* et

**secundum lucam** Luc. ii. 15-20.

[1]In illo tempore[1]:· pastores loquebantur ad inuicem:· dicentes;[2] transeamus usque bethleem[3] et uideamus hoc uerbum quod factum

[1.1] V. *om.*
[2] V. *om.*
[3] V. Bethlem. Fol. 50 a.

[4] A. + fecit. [5] A. + et.

est quod[4] dominus[5] ostendit nobis; et uenerunt festinantes✓ et inuenerunt mariam. et ioseph et infantem positum in presepio. uidentes autem cognouerunt de uerbo✓ quod dictum erat illis de puero hoc; et omnes qui audierunt mirati sunt et de his que dicta erant a pastoribus ad illos;[6] maria autem conseruabat omnia uerba hec conferens in corde suo; et reuersi sunt pastores✓ glorificantes et laudantes deum in omnibus his[a] qui[7] audierunt[8] et uiderant✓ sicut dictum est ad illos.

[6] V. ipsos.

[a] A. V. *om.* [7] A. V. quæ.
[8] A. V. audierant.

**offertorium**

Deus enim firmauit orbem terrę qui non commouebitur parata sedes tua ex tunc a seculo tu es.

**secreta**

Fol. 50 b.
[1] R. S. sic.

Munera nostra quesumus domine natiuitatis hodiernę misteriis apta proueniant. ut sicut homo genitus idem refulsit deus sit[1] nobis hec terrena substantia conferat quod diuinum est. per eundem.

**secreta**

Accipe quesumus domine munera dignanter oblata et beatæ anastassię suffragantibus meritis ad nostrę salutis auxilium peruenire concede. per.

**communio**

Exulta filia sion lauda filia ierusalem ecce rex tuus uenit sanctus et saluator mundi.

**secreta**

Huius nos domine sacramenti semper nouitas natalis instauret cuius natiuitas singularis humanam reppulit uetustatem. per.

**postcommunio**

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris quęsumus interuentione refoue cuius sollennia celebramus✓ per dominum.

[In Nativitate Domini, ad tertiam missam.]
Fol. 51 a.

Puer natus est nobis et filius datus est nobis cuius imperium super humerum eius et uocabitur nomen eius magni consilii angelus.

P.

Multiplicabitur eius i*mperium* et non f*inis*

Concede quesumus omnipotens deus et nos unigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet quos sub peccati iugo uetusta seruitus tenet. per.

Heb. i. 1-12.
[1.1] A. multifariæ et multis modis. V. multifariam.
Fol. 51 b.
[2] A. V. *om.*

[1] Fratres✓ multifarie multisque modis[1] olim deus loquens patribus in prophetis✓ nouissime autem[2] diebus istis locutus est nobis in filio suo[2] quem constituit heredem uniuersorum per quem fecit et secula; qui cum sit splendor

glorię et figura substantię eius·/ portanque[3] omnia uerbo uirtutis suæ purgationem peccatorum faciens·/ sedet[4] ad dexteram maiestatis in excelsis; tanto melior angelis effectus·/ quanto differentius pre illis nomen hereditauit; cui enim dixit aliquando angelorum filius meus es tu ego hodie genui te. et rursum; ego ero illi in patrem[5]·/ et ipse erit mihi in filium;[6] et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrę dicit; et adorent eum omnes angeli dei; et ad angelos quidem dicit; qui facit angelos suos spiritus·/ et ministros suos flammam ignis; ad filium autem tronus[7] tuus deus in seculum seculi[8]·/ uirgă equitatis uirga regni tui; dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem·/ propterea unxit te deus deus tuus oleọ exultationis pre participibus tuis; et tu in principio domine terram fundasti·/ et opera manuum tuarum sunt celi ipsi peribunt tu autem permanebis et omnes[9] ut[10] uestimentum ueterascent;[11] et uelut amictum motabis[12] eos·/ et motabuntur;[13] tu autem idem ipse[14] es·/ et anni tui non deficient;

[3] A. portans quoque. V. portansque.
[4] A. sedit.
[5] A. patre. [6] A. filio.
Fol. 52 a.
[7] A. V. thronus.
[8] V. + et.
[9] A. omnia. [10] A. sicut.
[11] A. V. veterescent.
[12] A. V. mutabis.
[13] A. V. mutabuntur.
[14] A. *om.*

**Gradale** Uiderunt omnes fines terrę salutare dei nostri iubilate deo omnis terra.

v Notum fecit dominus salutare suum in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Alleluia. Fol. 52 b.

v Dies santificatus illuxit nobis uenite gentes et adorate dominum quia hodie descendit lux magna super terram.

## Initium sancti euangelii domini nostri ihesu christi secundum iohannem

Joh. i. 1-14.

In principio erat uerbum et uerbum erat apud deum·/ et deus erat uerbum. hoc erat in principio apud deum; omnia per ipsum facta sunt·/ et sine ipso factum est nihil; quod factum est in ipso uita erat·/ et uita erat lux hominum; et lux in tenebris lucet·/ et tenebrę eam non comprehenderunt; fuit homo missus a deo·/ cui nomen erat iohannes; hic uenit in testimonium·/ ut testimonium perhiberet de lumine. ut omnes crederent per illum; non erat ille lux·/ sed ut testimonium perhiberet de lumine erat lux uera·/ que illuminat omnem hominem uenientem in hunc[1] mundum. in mundo erat et mundus per ipsum factus est·/ et mundus eum non cognouit; in propria uenit·/

Fol. 53 a.

[1] A. *om.*

et sui eum non receperunt; quotquot autem receperunt eum ✓ dedit eis[2] potestatem filios dei fieri. his qui credunt in nomine eius; qui non ex sanginibus[3] neque ex uoluntate carnis neque ex uoluntate uiri ✓ sed ex deo nati sunt; et uerbum caro factum est ✓ et habitabit[4] in nobis; et uidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre pleni[5] gratię et ueritate[6]

[2] A. illis.
[3] A. V. sanguinibus.
[4] A. V. habitavit.
[5] A. V. plenum.
[6] A. V. veritatis.

### offertorium

Tui sunt celi et tua est terra orbem terrarum et plenitudinem eius tu fundasti iustitiam et iudicium preparatio sedis tuę.

### secreta

Fol. 53 b.

Oblata tibi domine munera noua unigeniti tui natiuitate sanctifica nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda ✓ per.

### communio

Uiderunt omnes fines terrę salutare dei nostri.

### postcommunio

Pręsta quesumus omnipotens deus ut natus hodie saluator mundi sicut diuinę nobis generationis est auctor ita et immortalitatis sit ipse largitor ✓ qui tecum.

## natale sancti ſtephani protomartiris

Etenim sederunt principes et aduersum me loquebantur et iniqui persecuti sunt me adiuua me domine deus meus quia seruus tuus exercebatur in tuis iustificationibus.

**Psalmus** Beati immaculati.

### oratio

Da nobis quesumus domine imitari quod colimus ut discamus et inimicos diligere quia eius natilicia celebramus qui nouit etiam pro persecutoribus[1] dominum nostrum ihesum christum. qui.

Fol. 54 a.

[1] R. S. + exorare.

### lectio actuum apostolorum

Act. vi. 8-10; vii. 54-60.

[1] In diebus illis[1] ✓ stephanus[2] plenus gratia et fortitudine ✓ faciebat prodigia et signa magna in populo; surrexerunt autem quidam de sinagoga[3] quę appellabatur[4] libitinorum[a] et cirinentium[5] et alaxandrinorum[6] et eorum qui erant a cilicia et assia.[b] disputantes cum zephano[7] ✓ et non poterant resistere sapientię et spiritui qui loquebatur; audientes autem hec desiccabantur[8] cordibus suis ✓ et stridebant dentibus in eum; cum autem esset stephanus[9] plenus spiritu sancto ✓ intendens[10] in celum

[1-1] A. V. *om.*
[2] A. V. + autem.
[3] A. V. synagoga.
[4] A. V. appellatur.
[a] A. V. libertinorum.
[5] A. V. Cyrenensium.
[6] A. V. Alexandrinorum.
[b] A. V. Asia.
[7] A. V. Stephano.
[8] A. V. dissecabantur.
[9] A. V. *om.*
[10] V. intuens.

uidit gloriam dei et ihesum[11] a dextris dei et ait; ecce uideo celos apertos ·/ et filium hominis[12] stantem a dextris uirtutis dei;[12] exclamantes autem uoce magna continuerunt aures suas ·/ et impetum fecerunt unanimiter in eum. et iecientes[13] eum extra ciuitatem ·/ lapidabant; et testes deposuerunt uestimenta sua secus pedes adolescentis ·/ qui uocabatur saulus; et lapidabant stephanum ·/ inuocantem et dicentem; domine ihesu ·/ accipe spiritum meum. positis autem genibus[14] ·/ uoce magna clamauit[14] dicens; domine ihesu[9] ·/ ne statuas illis hoc in[9] peccatum et cum hoc dixisset ·/ obdormiuit in[15] domino;[15]

Fol. 54 b.
[11] A. V. + stantem.
[12.12] A. a dextris stantem dei. R. stantem a dextris dei.
[13] A. V. ejicientes.
[14.14] A. V. clamauit magna voce.
[15] A. *om.*

| | consilium inierunt omnes principes sacerdotum |
| | et seniores populi aduersus ihesum:✓ ut eum |
| | morti traderent; 𝔠 et iunctum adduxerunt eum:✓ |
| [f] V. *om.* | et tradiderunt eum[f] pontio pilato presidi; 𝔠 tunc |
| Fol. 82 b. | uidens iudas qui eum tradidit quod damnatus |
| [39] A. rettulit. | esset:✓ penitentia ductus 𝔠 retulit[39] triginta |
| | argenteos principibus sacerdotum et senioribus |
| [40] A. V. sanguinem. | dicens. 𝔰 peccaui. tradens sanginem[40] iustum; |
| | 𝔠 at illi dixerunt; 𝔰 quid ad nos? tu uideris; 𝔠 et |
| | proiectis argenteis in templo:✓ recessit. et abiens |
| | laqueo se suspendit. 𝔠 principes autem sacer- |
| | dotum acceptis argenteis:✓ dixerunt; 𝔰 non |
| [u] V. *transposes.* | licet mittere[u] eos[u] in corban[41]:✓ quia pretium |
| [41] A. corbanan. V. corbonam. | sanginis[42] est; 𝔠 consilio autem inito emerunt |
| [42] A. V. sanguinis. | ex illis agrum figuli in sepulturam peregrino- |
| [v] V. Haceldama. | rum. 𝔠 propter hoc uocatus est ager ille achelde- |
| [43] A. + et. | mach.[v] hoc est ager sanginis[42]:✓ usque in hodier- |
| [44] V. Hieremiam. | num diem;[43] 𝔠 tunc impletum est quod dictum |
| [45] A. V. prophetam. | est per ieremiam[44] profetam[45] dicentem; et |
| Fol. 83 a. | 𝔠 acceperunt triginta argenteos pretium apre- |
| [46] A. V. appretiati. | tiati[46] 𝔠 quem apretiauerunt[47] a filiis israhel:✓ |
| [47] A. V. appretiaverunt. | et 𝔠 dederunt eos in agrum figuli. sicut con- |

stituit mihi dominus; c ihesus autem✓ stetit ante presidem; c et interrogauit eum preses dicens; s tu es rex iudeorum. c dixit[48] illi ihesus; i tu dicis; c et cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus nihil respondit; c tunc dicit illi pilatus; s non audis quanta aduersum te d*icu*nt testimonia? c et non respondit ei ad ullum uerbum✓ c ita ut miraretur preses uechimenter;[49] c per diem autem sollennem[w]✓ consuerat[50] preses dimittere populo unum uinctum quem uoluisset;[51] [c]c habebat autem tunc unum[c] uinctum insignem qui dicebatur barabbas; c congregatis ergo illis✓ dixit pilatus; quem uultis dimittam uobis barabban. an ihesum qui dicitur christus? c sciebat enim quod per inuidiam tradidissent illum;[x] c sedente autem illo pro tribunali✓ missit[52] ad eum[53] uxor eius dicens; s nihil tibi et iusto illi; s multa enim pasa[54] sum hodie per uisum propter eum; c principes autem sacerdotum et c seniores persăserunt[55] populis ut peterent baraban[56]✓ ihesum uero perderent; c respondens autem preses✓ ait illis; s quem uultis uobis de duobus dimitti? c at illi dixerunt; s barabban; dicit illis pilatus; s quid igitur faciam de ihesu qui dicitur christus? c dicunt omnes s crucifigatur; c ait illis preses; s quid enim mali fecit; c at illi magis clamabant dicentes; s crucifigatur; c uidens autem pilatus quia nihil proficeret. sed magis tumultus fieret✓ c accepta aqua lauit manus coram populo dicens; s innocens ego sum a sangine[57] iusti. huius uos uideritis; c et respondens uniuersus populus dixit; s sangis[11] eius super nos✓ s et super filios nostros; c tunc dimisit illis barabban✓ ihesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur; i tunc milites presidis suscipientes ihesum in pretorio[y] congregauerunt ad eum uniuersam choortem.[58] c et exeuntes[59] eum✓ clamidem[60] coccineam circundederunt[61] ei; c et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius✓ et harundinem[z] in dextera eius; c et genu flexo ante eum✓ illudebant[62] dicentes; s aue[43] rex iudeorum; c et expuentes[63] eum✓ acceperunt harundinem.[z] et percutiebant caput eius; c et postquam illuserunt[64] ei✓ expuerunt[65] eum clamide.[66] et induerunt eum uestimentis suis.[67] c et duxerunt eum ut crucifigerent; c exeuntes autem inuenerunt hominum cirineum[68] nomine simo-

[48] A. V. dicit.

[49] A. V. vehementer.

[w] V. solemnem.

[50] A. V. consueverat.

[51] A. V. voluissent.

c-c *See above.*

Fol. 83 b.

[x] V. eum.

[52] A. V. misit. [53] A. illum.

[54] A. V. passa.

[55] A. V. persuaserunt.

[56] A. V. Barabban.

[57] A. V. sanguine.

Fol. 84 a.

[y] V. prætorium.

[58] A. V. cohortem.

[59] A. V. exuentes.

[60] A. clamydem. V. chlamydem.

[61] A. V. circumdederunt.

[z] V. arundinem.

[62] A. inludebant. V. + ei.

[63] A. exspuentes. A. V. + in.

[64] A. inluserunt.

[65] A. V. exuerunt.

[66] A. clamyde. V. chlamyde.

Fol. 84 b. [67] A. V. eius.

[68] A. Cyreneum. V. Cyrenæum.

nem; ¶ hunc angarizauerunt[69] ✓ ¶ ut tolleret crucem eius. ¶ et uenerunt in locum qui dicitur golgotha ✓ quod est caluarię locus; ¶ et dederunt ei uinum bibere ✓ cum felle mixtum;[aa] ¶ et cum gustasset ✓ noluit bibere; ¶ postquam autem crucifixerunt eum ✓ diuiserunt uestimenta eius sortem mittentes. ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem;[r] ¶ diuiserunt sibi uestimenta mea ✓ et super uestem meam miserunt sortem; ¶ et sedentes seruabant eum; ¶ et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam ✓ **S** hic est ihesus rex iudeorum; ¶ tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones ✓ unus a dextris et unus a sinistris; ¶ pretereuntes autem blasfemabant[70] eum mouentes capita sua et dicentes; **S** uah[1] qui destruit[71] templum dei. et in triduo illud reędificat;[72] **S** salua temet ipsum; si filius dei es ✓ descende de cruce; ¶ similiter et principes sacerdotum illudentes[73] cum scribis et senioribus dicebant; **S** alios saluos fecit. se ipsum non potest saluum facere? **S** si rex israhel est ✓ descendat nunc de cruce et credimus ei; **S** confidit in deo. liberet nunc eum[t] si uult; **S** dixit enim ✓ quia filius[74] dei[74] sum; ¶ id ipsum autem et latrones qui crucifixi erant erant[s] cum eo ✓ improperabant ei. ¶ a sexta autem hora tenebrę factę sunt super uniuersam terram ✓ usque in[75] horam nonam; ¶ et[1] circa horam[76] nonam ✓ clamabat[77] ihesus uoce magna dicens; í heli[bb] í heli[bb] ✓ lama[78] zabactanai?[79] hoc est deus meus. deus meus. ut quid dereliquisti me; ¶ quidam autem illic stantes et audientes dicebant; **S** heleam[80] uocat iste; ¶ et continuo currens unus ex eis ✓ accepit[cc] spongĭam et[t] implebit[81] aceto et imposuit[82] arundini[83] et dabat ei bibere; ¶ ceteri uero dicebant; **S** sine ✓ **S** uideamus an ueniat helias[dd] liberans eum; alius[84] autem accepit lanceam ✓ pupugit latus eius et exiit aqua et sangĭs.,[84] ¶ ihesus autem iterum clamans uoce magna emissit[85] spiritum; et ¶ ecce uelum templi scissum est in duas partes ✓ a summo usque deorsum; ¶ et terra mota est et petrę scissę sunt. et monumenta aperta sunt ✓ et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt; ¶ et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius uenerunt in sanctam ciuitatem ✓ et apparuerunt multis; ¶ centurio autem et qui cum eo erant custodientes ihesum ✓ uiso terræ motu et his que fiebant ✓

69 A. V. angariauerunt.
aa V. mistum.
Fol. 85 a.
70 A. V. blasphemabant.
71 A. destruis. V. destruebat.
72 A. reædificas. V. reædificabat.
73 A. inludentes.
74 A. dei filius.
75 A. V. ad.
76 A. + vero.
77 A. V. clamavit. bb V. Elii.
Fol. 85 b.
78 A. lema. V. lamma.
79 V. sabacthani.
80 A. Heliam. V. Eliam.
cc V. acceptam.
81 A. V. implevit.
82 A. inposuit.
83 A. harundini. dd V. Elias.
84-84 A. V. *om.*
85 A. V. emisit.
Fol. 86 a.

timuerunt ualde dicentes; S uere filius[74] dei[74] erat
iste; C erant autem ibi mulieres multæ a longĕ·/
que secutæ erant ihesum a galilea ministrantes
ei; C inter quas erat maria magdalenę et maria
iacobi. et ioseph mater·/ et mater filiorum zebe-
dei; S cum autem[86] sero[86] esset[87] factum[87]·/ — [86] A. sero autem.
uenit quidam homo diues ab arimathia[dd] nomine — [87] A. V. factum esset.
ioseph. qui et ipse discipulus erat ihesu; hic — [dd] Arimathæa.
accessit ad pilatum·/ et petíít[88] corpus ihesu; — [88] A. petit.
C tunc pilatus iussit reddi corpus; et accepto
corpore ioseph inuoluit[89] sindone illud.[5] munda·/ — [89] A. V. + illud in.
C et posuit illud in monumento suo.[90] quod exci- — [90] A. V. + novo.
derat in petra; C et aduoluit saxum magnum ad — Fol. 86 b.
hostium[91] monumenti·/ et abiit; C erat autem ibi — [91] A. V. ostium.
maria magdalene C et altera maria·/ sedentes
contra sepulcrum;[92] — [92] A. V. sepulchrum.

Altera autem die que est post parasceuen·/ conuenerunt principes sacerdotum et pharisei ad pilatum dicentes; domine recordati sumus quia seductor ille homo[5] dixit adhuc uiuens·/ post tres dies resurgam; iube ergo custodiri sepulcrum[92] usque in diem tertium·/ ne forte ueniant discipuli eius et furentur eum. et dicant plebi quia surrexit a mortuis; et erat[93] nouissimus error·/ peior priore; ait illis pilatus; habetis custodiam·/ ite custodite sicut scitis; illi autem abeuntes munierunt sepulcrum[92]·/ signantes lapidem·/ cum custodibus;

[93] A. V. erit.

### offertorium.

Fol. 87 a.

Improperium expectauit cor meum et miseriam. et sustinui qui simul contristaretur et non habuit et non fuit consolantem me quessiui et non inueni. et dederunt in *meam fel* et mea *potauerunt* me *aceto.*

### secreta

S. Tibi deus pater omnipotens immaculati agni paschale offerimus olocaustum. cuius nos sangine ab exterminatoris uastatione saluatos ad terram quęsumus tuę repromissionis inducas. per.

### communio

Pater si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat uoluntas tua.

### postcommunio

S. Fideles tuos domine benignus intende. ut suę redemptionis initia recolentes quorum munere sunt refecti. eorum proficiant incrementis. per.

## Feria quarta

In nomine domini omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum quia dominus factus oboediens

usque ad mortem mortem autem crucis. ideo dominus ihesus christus in gloria est.

Fol. 87 b.
P.

v Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse sese ęqualem deo.

Presta quesumus omnipotens deus. ut qui nostris excessibus incessanter affligimur per unigeniti tui passionem liberemur qui tecum.

**lectio ysaię profetę.**

Is. lxii. 11.

Hec dicit dominus deus; dicite filię sion.

**gradale** Ne auertas faciem tuam a puero tuo quoniam tribulor uelociter exaudi me.

v Saluum me fac deus quoniam i*ntrauerunt* a*que* u*sque*. infixus sum in limo p*rofundi* et s*ubstantia*.

Deus qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire uoluisti. ut inimici a nobis expelleres potestatem:· concede nobis famulis tuis. ut resurrectionis gratiam consequamur. per eundem.

Is. liii. 1-10, 12.

**lectio isaię pro[fetę.]**

[1.1] V. *om.*
Fol. 88 a.

[1]In diebus illis:· dixit ïsaias. domine[1]:· quis credidit auditui nostro? et brachium domini cui reuelatum est? et ascendet sicut uirgultum coram eo:· et sicut radix de terra sitienti. et non est species ei neque decor; et uidimus eum et non erat aspectus:· et desiderauimus eum despectum. et nouissimum uirorum. uirum dolorum et scientem infirmitatem; et quasi absconditus uultus eius et despectus:· unde nec reputauimus eum; uere langõres nostros ipse tulit:· et dolores nostros ipse portauit. et nos putauimus eum quasi leprosum:· et percussum a deo et humiliatum; ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras:· attritus est propter scelera nostra; disciplina pacis nostrę super eum:· et liuore eius sanati sumus; omnes nos quasi oues errauimus:· unusquisque in uiam suam declinauit. et dominus[1] possuit[1 2] in eo iniquitatem omnium nostrum; oblatus est quia ipse uoluit:· et non aperuit os suum; sicut ouis ad occisionem ducetur:· et quasi agnus coram tondente se obmutescet:· et non ₐperiet os suum; de angustia et de iudicio sublatus est:· generationem eius quis enarrabit? quia abscisus[3] est de terra uiuentium; propter scelus populi mei. percussi eum:· et dabit impios pro sepultura. et diuitem pro morte sua:· eo quod iniquitatem non fecerit. neque dolus fuerit in ore eius. et dominus uoluit conterere eum in

[1] V. *transposes.* [2] V. posuit.
Fol. 88 b.
[3] V. abscissus.

infirmitate; si possuerit[4] pro peccato animam suam: iudebit semen longeuum. et uoluntas domini in manu eius dirigetur. pro eo quod tradidit in morte[5] animam suam. et cum sceleratis reputatus est; et ipse peccata multorum tulit: et pro transgressoribus orauit[6] ut[1] non perirent; dicit dominus omnipotens.[1]

[4] V. posuerit.

Fol. 89 a. [5] V. mortem.

[6] V. rogavit.

gradale Domine exaudi orationem *meam* et *meus ad* u*eniat*.

ꝟ Ne auertas.

ꝟ In quacunque die. Quia defecerunt. Percussus sum. Tu exurgens domine.,

pasio hic legatur.

### offertorium

Domine exaudi orationem meam et m*eus ad* perueniat

Suscipe domine quęsumus munus oblatum et dignanter operare. ut quod passionis filii tui domini nostri misterio gerimus. piis affectibus consequamur. per.

### communio

Potum meum cum fletu temperabant quia eleuans allisisti me et ego sicut fenum arui. tu autem domine in ęternum permanes. tu exurgens misereberis sion quia uenit tempus miserendi eius.

Largire sensibus nostris omnipotens deus. ut per temporalem filii tui mortem quam misteria ueneranda testantur. uitam nobis dedisse perpetuam confidamus. per eundem.

### super p[opulum] Fol. 89 b.

Respice domine quesumus super hanc familiam tuam. pro qua dominus noster ihesus christus non dubitauit manibus tradi nocentium. et crucis subire tormentum. qui t*ecum*.

## Feria quinta in cena domini absolutio episcopalis uel sacerdotalis S.

antifona Ne reminiscaris domine delicta mea uel peccata parentum nostrorum neque sumas uindictam de peccatis nostris. S.

Psalmus Domine ne. et c[antum]

Kyrri el*eyson*. Pater noster.

ꝟ Peccauimus domine cum patribus.

ꝟ Domine non secundum peccata nostra. ꝟ Domine ne me. Adiuua nos deus sal*utaris*. ꝟ Saluos fac s*eruos* et anc*illas*. Conuertere domine usquequo. ꝟ Esto eis domine. turris fortitudinis. ꝟ Mitte eis domine auxilium de sancto. ꝟ Domine exaudi. S.

### oratio S.

Adesto domine supplicationibus nostris. et me qui etiam misericordia tua primus indigeo: Pontif. Rom.

Fol. 90 a. clementer exaudi. et quem non electione meriti sed dono gratię tuę constituisti operis huius ministrum da fiduciam tui muneris exequendi et ipse in nostro ministerio quod tuę pietatis est operare. per.

**oratio**

P. Pontif. Rom.

his is is
Presta quesumus domine huic famulo tuo
dignum penitentię fructum. et ecclesię tuę
nt
sanctę a cuius integritate deuiarat peccando⹎
n
admissorum reddatur innoxius ueniam consequendo. per.

**oratio**

S. Pontif. Rom.

Deus humani generis benignissime conditor
et misericordissime reformator. qui hominem
inuidia diaboli ab eternitate deiectum unici
os
filii tui sanguine redemisti⹎ uiuifica hunc
os os quos
famulum tuum quem nullatenus mori desi-
os
deras. et qui non dereliquisti deuium assume⹎
os
Fol. 90 b. correctum. moueant pietatem tuam quesumus
eorum eorum
eius lacrimosa suspiria. tu eius medere uulne-
bus
ribus. tu iacenti manum porrige salutarem. ne
ęclesia tua aliqua sui corporis portione uastetur. ne grex tuus detrimentum sustineat. ne de familię tuę dampno inimicus exultet. ne renatum lauacro salutari mors secunda possideat. tibi ergo domine supplices preces tibi
bus
fletum cordis effundimus. tu parce confitenti. ut
sic in hac mortalitate peccata sua te adiuuante
n
defleat⹎ qualiter in tremendi iudicii die sen-
n n
tentia ęternę dampnationis euadat. et ne sciat
quod terret in tenebris. quod stridet in flammis.
Fol. 91 a. atque ab erroris uia reductus ad iter iustitię⹎
n
nequaquam ultra uulneribus sauciatur. sed integrum sit ei atque perpetuum. et quod gratia tua contulit. et quod misericordia reformauit. per dominum.

## Feria quinta in cena domini.

Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri ihesu christi. in quo est salus uita et resurrectio nostra⹎ per quem saluati et liberati sumus.

Psalmus Deus misereatur.

oratio

Deus a quo et iudas reatus sui penam et confessionis suę latro premium sumpsit. concede nobis tuę propitiationis effectum. ut sicut in passione sua ihesus christus dominus noster diuersa utrisque intulit stipendia meritorum. ita nobis ablato uestustatis errore resurrectionis suę gratiam largiatur. qui. Fol. 91 b.

ad corinthios 1 Cor. xi. 20-32.

Fratres[1]:' conuenientibus[2] uobis in unum:' iam non est dominicam cenam manducare; unusquisque enim:' suam cenam presumit ad manducandam; et alius quidem esurit:' alius autem ebrius est; numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? aut ęclesiam dei contemnitis et confunditis eos qui non habent? quid dicam uobis? laudo uos in hoc? non laudo; ego enim accepi a domino quod et tradidi uobis:' quoniam dominus ihesus in qua nocte tradebatur accepit panem et gratias agens fregit et dixit; hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur:' hoc facite in meam commemorationem; similiter et calicem:' postquam cenauit dicens; hic calix nouum testamentum est in meo sanguine: hoc facite quotienscunque[a] bibetis[3] in meam commemorationem; quotienscunque[a] enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis:' mortem domini annunciabitis[4] donec ueniat; itaque quicunque manducauerit panem uel biberit calicem domini indigne:' reus erit corporis et sanginis[5] domini. probet autem se ipsum homo. et sic de pane illo edat:' et de calice bibat; qui enim manducat et bibit indigne:' iudicium sibi manducat et bibit non diiudicans corpus domini; ideo inter uos multi infirmi et imbecilles[6]:' et dormiunt multi; quodsi nosmet ipsos diiudicaremus:' non utique iudicaremur; dum iudicamur autem a domino corripimur:' ut non cum hoc mundo dampnemur;

Fol. 92 a.

Fol. 92 b.

[1] A. V. *om.*
[2] A. V. + ergo.
[3] A. bibitis.
[a] V. quotiescunque.
[4] A. adnunciatis.
[5] A. V. sanguinis.
[6] A. + sunt.

Christus factus est pro nobis obędiens usque ad mortem mortem autem crucis.

Ꝟ Propter quod et deus illum exaltauit. et dedit illi nomen quod est super omne nomen.

secundum iohannem Joh. xiii. 1-15.

Ante diem[1] festum paschę sciens ihesus quia uenit hora eius.[2] ut transeat ex hoc mundo ad

[1] A. + autem.
[2] A. *om.*

[3] A. V. dilexisset. — patrem cum dilexiset[3] suos qui erant in mun-
[4] A. V. diabolus. — do./ in finem dilexit eos; et cena facta cum
[5] A. V. misisset. [6] A. cordo. — diabulus[4] iam mississet[5] in cor[6] ut traderet
[7] A. Scariotis. V. Iscariotæ. — eum iudas simonis scariothis[7]./ sciens quia
omnia dedit ei pater in manus. et quia a deo
exiuit. et ad deum uadit./ surgit a cena et
[8] A. V. accepisset. — ponit uestimenta sua; et cum accepit[8] lin-
[9] A. V. linteum. — theum[9]./ precinxit se; deinde mittit aquam
Fol. 93 a. [10] A. pelvem. — in peluim[10]./ et cepit lauare pedes discipulo-
[11] A. V. linteo. — rum et extergere lintheo[11] quo erat precinctus;
uenit ergo ad simonem petrum./ et dicit ei
petrus; domine./ tu mihi lavas pedes? respon-
dit ihesus./ et dixit ei; quod ego facio./ tu
nescis modo. scies autem postea; dicit ei petrus;
[12] A. V. mihi. — non lauabis michi[12] pedes in ęternum; respon-
[13] A. Iesus ei. — dit ei[13] ihesus;[13] si non lauero te./ non habe-
[14] V. habes. — bis[14] partem mecum; dicit ei simon petrus.
domine./ non tantum pedes meos./ sed et
manus et caput; dicit ei ihesus; qui lotus est
non indiget. nisi ut pedes lauet./ sed est mun-
dus totus. et uos mundi estis./ sed non omnes;
sciebat enim quisnam esset qui traderet eum./
propterea dixit. non estis mundi omnes; post-
quam ergo lauit pedes eorum. et accepit uesti-
[15] A. V. recubuisset. — menta sua. cum recubuiset[15] iterum./ dixit eis.
Fol. 93 b. — Scitis quid fecerim uobis? uos uocatis me
magister et domine./ et benedicitis; sum ete-
[16] V. *transposes*. — nim; si ergo ego laui uestros[16] pedes[16] dominus
et magister./ et uos debetis alter alterius lauare
pedes. exemplum enim dedi uobis./ quemad-
modum ego feci uobis./ ita et uos faciatis;

## offertorium

Dextra domini fecit uir*tutem* dextra d*omini* e*xaltauit* m*e* non moriar sed uiuam et narrabo o*pera* d*omini*

## secreta

Ipse tibi quesumus domine sancte pater omnipotens ęterne deus sacrificium nostrum reddat acceptum. qui discipulis suis in sui commemoratione hoc fieri hodierna traditione monstrauit. ihesus christus dominus noster. qui tecum.

## communio

Dominus ihesus postquam cenauit cum discipulis suis lauit pedes eorum. et ait illis. scitis quid fecerim uobis. ego dominus et magister exemplum dedi uobis. ut et uos ita faciatis.

Fol. 94 a — Refecti uitalibus alimentis quesumus domine deus noster. ut quod tempore nostrę mortali-

tatis exsequimur immortatis[1] tuę munere consequamur. per.

[1] R. S. immortalitatis.

## Feria sexta in parasciue.

**oratio**

Deus a quo et iudas. ut supra.

**lectio osee profetę** (Os. vi. 1-6.)

[1] Hec dicit dominus deus.[1] in tribulatione sua mane consurgent ad me. uenite et reuertamur ad dominum quia ipse cepit et sanabit nos. percutiet et curabit nos. uiuificabit nos post duos dies. in die tertia suscitabit nos. et uiuemus in conspectu eius. sciemus sequemurque ut cognoscamus dominum; quasi diluculum preparatus est egressus est. et ueniet quasi imber nobis temporaneus et serotinus terrę. quid faciam tibi effraim?[2] quid faciam tibi iuda? misericordia uestra quasi nubes matutina et quasi ros mane pertransiens; propter hoc dolui in prophetis et[3] occidi eos in uerbis oris mei. et iudicia mea quasi lux egredientur; quia misericordiam uolui et non sacrificium. et scientiam dei plusquam olocausta.[4]

[1.1] V. *om.*
[2] V. Ephraim.
Fol. 94 b.
[3] V. *om.*
[4] V. holocausta.

**tractus** Domine audiui auditum tuum. et timui. con*siderau*i *op*era tua et ex*paui.*

**v** In medio duum animalium innotesceris dum appropinquauerint anni cognosceris dum aduenerit tempus ostenderis.

**v** In eo dum conturbata fuit anima mea.

**v** Deus a libano ueniet et sanctus de monte umbroso et condenso.

**v** Operuit celos maiestas eius. et laudis eius plena est terra.

**oratio**

Deus qui peccati ueteris hereditariam mortem in qua posteritatis genus omne successerat christi domini nostri passione soluisti. dona ut conformes eidem facti sicut imaginem terreni naturę necessitate portauimus ita imaginem celestis gratię sanctificatione portemus. per eundem.

P.
Pamel. Liturg. ii. 253.
Fol. 95 a.

**lectio libri exodi.** (Ex. xii. 1-11.)

[1] In diebus illis[1]✓ dixit dominus ad moysen et aaron in terra ęgipti;[2] mensis iste uobis principium mentium.[3] primus erit in mensibus anni; loquimini ad uniuersum coetum filiorum israhel. et dicite eis; decima die mensis huius✓ tollat unusquisque agnum per familias ac domos suas; sin autem minor est numerus ut sufficere

[1.1] V. *om.*
[2] V. Ægypti.
[3] V. mensium.

possit ad uescendum agnum ./ assumat uicinum suum qui iunctus est domui suæ ./ iuxta munerum animarum que sufficere possint[5] ad esum agni; erit autem agnus absque macula ./ masculus annieulus; iuxta quem ritum ritum[6] tolletis et hedum ./ et servabitis eum usque ad quartam decimam diem mensis huius. immolabitque eum uniuersa multitudo filiorum israhel ad uesperum.[7] et sument de sangine[8] hedi. ac ponent super utrumque postem et in superliminaribus domorum in quibus comedent illum; et edent carnes nocte illa assas igni. et astimos[9] panes cum lactucis agrestibus; non comedetis ex eo crudum quid nec coctum aqua. sed assum[10] tantum[10] igni. caput cum pedibus eius et intestinis uorabitis.[11] et os non comminuetis ex eo[11] nec remanebit[12] ex eo quicquam[12] usque mane; si quid residui fuerit igni[13] comburetis; sic autem comedetis illum; renes uestros accingetis[14] calciamenta[15] habebitis in pedibus tenentes baculos in manibus et comedetis festinantes; est enim phase ./ id est transitus domini.

**tractus** Eripe me domine ab homine malo. *ab iniquo libera* me. ℣ Qui cogitauerunt malitias *in*. ℣ Acuerunt lingas suas sicut. ℣ Custodi me *domine de peccatoris* et *iniquis* libera me domine. ℣ Qui cogitauerunt sup*plantare*. ℣ Et funes extenderunt *in iuxta iter scandalum posuerunt* ℣ Dixi domino *deus meus* es. ℣ Domino domine uirtus. ℣ Ne tradas me. ℣ Caput cir*cuitus*. ℣ Uerumtamen iusti.

## Passio domini nostri ihesu christi secundum iohannem.

Sequuntur orationes sine genuflexione quasi legendo

Oremus dilectissimi nobis pro ęcclesia sancta dei. ut eam deus et dominus noster pacificare et custodire dignetur toto orbe terrarum ./ subiicens ei principatus et potestates. detque nobis quietam et tranquillam uitam degentibus glorificare deum patrem omnipotentem.

**oratio**

flec*tamus* genua

Omnipotens sempiterne deus qui gloriam tuam omnibus in christo gentibus reuelasti ./ custodi opera misericordię tuę. ut ęclesia tua tota orbe diffusa stabili fide in confessione tui nominis perseueret. per eundem

Oremus et pro beatissimo papa nostro N. ut deus et dominus noster qui elegit eum in ordi-

[4] V. assumet.
[5] V. possunt.
Fol. 95 b.
[6] V. *om.*
[7] V. vesperam.
[8] V. sanguine.
[9] V. azymos.
[10] V. *transposes.*
[11.11] V. *om.*
[12.12] V. quidquam ex eo.
[13] V. igne.
Fol. 96 a.
[14] V. + et.
[15] V. calceamenta.
Fol. 96 b.

nem episcopatus:✓ saluum atque incolomem custodiat ęclesię suę sanctę:✓ ad regendum populum sanctum dei.

**oratio**

*flectamus*

Omnipotens sempiterne deus. cuius iudicio uniuersa fundantur:✓ respice propitius ad preces nostras. et electum nobis antistitem tua pietate conserua. ut christiana plebs quę tali gubernatur auctore:✓ sub tanto pontifice credulitatis suę meritis augeatur. per. Fol. 97 a.

Oremus et pro omnibus episcopis. prespiteris. diaconibus. subdiaconibus. acolitis. exorcistis. lectoribus. hostiariis. confessoribus. uirginibus uiduis et pro omni populo sancto dei.

**oratio.**

*flectamus genua.*

Omnipotens sempiterne deus. cuius spiritu totum corpus ęclesię multiplicatur et regitur:✓ exaudi nos pro uniuersis ordinibus supplicantes. ut gratię tuæ munere ab omnibus tibi gradibus fidelitur seruiatur. per.

Oremus et pro christianissimo imperatore[1] nostro. N. ut deus et dominus noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes [2]et faciat sapere ea quę recta sunt atque contra inimicos catholicę et apostolicę ęclesię triumphum largiatur uictorię[2] ad nostram perpetuam pacem.

Fol. 97 b.

[1] S. rego.

[2-2] R. S. *om.*

**oratio**

flec*tamus* genua

Omnipotens sempiterne deus in cuius manu sunt omnium potestates et omnia iura regnorum. respice ad christianorum[1] benignus imperium. ut gentes qui in sua feritate confidunt potentiæ tuæ dextra comprimantur. per.

[1] R. Romanum.

Oremus et pro catecuminis nostris ut deus et dominus noster adaperiat aures precordiorum ipsorum ianuamque misericordię. ut per lauacrum regenerationis accepta remissione omnium peccatorum. et ipsi inueniantur in christo ihesu domino nostro;

Omnipotens sempiterne deus qui ęcclesiam tuam noua semper prole fecundas auge fidem et intellectum catecuminis nostris ut renati fonte baptismatis adoptionis t*uæ* filiis aggregentur. per. Fol. 98 a.

Oremus dilectissimi nobis deum patrem omnipotentem. ut cunctis mundum purget erroribus. morbos auferat famem repellat. aperiat carceres.

uincla dissoluat peregrinantibus reditum infirmantibus sanitatem. nauigantibus portum salutis indulgeat.

**oratio.**

*flectamus genua.*

Omnipotens sempiterne deus mestorum consolatio laborantium fortitudo.ⸯ perueniant ad te preces de quacunque tribulatione clamantium. ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse. per.

Fol. 98 b.

Oremus et pro hereticis et scismaticis. ut deus et dominus noster ihesus christus eruat eos ab erroribus. et ad sanctam matrem ęclesiam catholicam atque apostolicam reuocare dignetur.

**oratio.**

*flectamus genua.*

Omnipotens sempiterne deus. qui saluas omnes et neminem uis perire.ⸯ respice ad animas diabulica fraude deceptas.ⸯ ut omni heretica prauitate deposita errantium corda resipiscant. et ad ueritatis tuę redeant unitatem. per

Oremus et pro perfidis iudeis ut deus et dominus noster auferat uelamen de cordibus eorum.ⸯ ut et ipsi agnoscant ihesum christum dominum nostrum.

hic non flectuntur. *genua.*

Fol. 99 a.

Omnipotens sempiterne deus. qui etiam iudaicam perfidiam a tua misericordia non repellis.ⸯ exaudi preces nostras quas pro illius populi obcecatione deferimus. ut agnita ueritatis tuę luce que christus[1] a suis tenebris eruantur. per dominum.

Oremus et pro paganis ut deus omnipotens auferat iniquitatem de cordibus eorum ut relictis idolis suis conuertantur ad deum uiuum et uerum.ⸯ et unicum filium eius ihesum christum deum et dominum nostrum cum quo uiuit et regnat. deus per omnia sęcula seculorum. amen.

**oratio.**

*flectamus genua*

Omnipotens sempiterne deus qui non uis mortem peccatorum.ⸯ sed uitam semper inquiris.ⸯ suscipe propitius orationem nostram. et libera eos ab idulorum cultura.ⸯ et aggrega ęclesię tuę sanctę ad laudem et gloriam nominis tui. per.

Fol. 99 b.

His expletis preparatur crux et ponitur uelata iuxta altare et sustentatur hinc et inde a d°bus accolitis cantantibus hos uersus.

[1] R. S. + est.

Popule meus quid feci tibi aut in quo contristaui te. responde michi qui eduxi te de terra egipti parasti crucem saluatori tuo.

[There is considerable difference between the following rubrics and collects and the corresponding offices in the R. and S. Missals.]

Quibus respondendum sit a duobus alíís paratis qui sic dicunt.

Agios otheos agios ischiros agios athanathos eleison imas

Deinde subsequatur chorus et dicat flectendo genua.

Sanctus deus. sanctus fortis. sanctus et immortalis miserere n*obis*.

Item duo tenentes crucem dicunt

Quia eduxi te per desertum XL annis et manna cibaui te. et introduxi te in terram satis optimam. parasti crucem saluatori tuo.

**cantores** Agios. **chorus** Sanctus d*eus*. ut supra

Quid ultra debui facere tibi et non feci? ego quidem plantaui te uineam meam fructu decoram et tu facta es michi satis amara aceto nanque siti mea potasti et lancea preforasti latus saluatori tuo. **can[tores]** Agios **chorus** Sanctus.

Fol. 100 a.

Post hos uersus finitos sacerdos nudet crucem et dicat hanc paruam omeliam conuertendo ad populum.

P. Addresses ad populum are common in the Gallican, but unknown in the R. Liturgy.

Audite oues christi uocem redemptoris uestri. et prosternite uos humiliter cum precibus intentis ante illum. et quia pius et misericors est credite michi quia miserebitur uestri. et accipietis gloriam sempiternum

P.

Post hos orationes expletas preparatur crux ante altare interpossito spatio inter ipsam et altare sustenta huic et inde a duobus diaconibus. et ueniens sacerdos adoret et deosculatur crucem. tunc inchoat cantor antifonam ad crucem.

Compare the Adoratio Crucis in Leofric Missal, f. 363 b.

Fol. 100 b.

**antifona** Ecce lignum crucis in quo salus mundi pependit. uenite adoremus.

**Psalmus** Beati in*maculati* usque in finem.

**Psalmus** Uenite adoremus et procidamus. usque deus noster.

**b** Christus factus est pro nobis obędiens.

**antifona** Ecce lignum.

**antifona** Crucem tuam adoramus domine et sanctam. resurrectionem tuam laudamus et glorificamus ecce enim propter crucem uenit gaudium in uniuerso mundo.

**psalmus** Deus misereatur nostri et benedicat. usque in finem.

**ymnus** Crux fidelis inter. mitis. n. c. s. m.

Deinde adorent ceteri prespiteri et diaconi et reliqui per ordinem. deinde populus sedente autem pontifice in sede usque dum omnes salutent crucem. prespiteri uero duo priores mox ut salutauerint crucem. intrent ubi positum fuerit corpus domini quod pridie remansit ponentes cum patena. et subdiaconus teneat ante ipsos calicem cum aqua et uino non consecrato et reliquia in ordine. salutata uero cruce et reposita in loco suo. discendit pontifex aut sacerdos ante altare et dicit. oremus. preceptis salutaribus moniti. Pater noster sed l*ibera*. Sumit de sancto et ponit in calicem nihil dicens.

## Benedictio ignis noui de silice excussi in sabbato.

Fol. 101 a. R. Deus qui filium tuum angularem scilicet lapidem caritatis ignem fidelibus tuis contulisti. productum e silice nostris profuturum usibus nouum hunc ignem sanctifica. et concede nobis ita per hec festa paschalia celestibus desideriis inflammari ut ad perpetua festa purgatis mentibus pertingere ualeamus. per eundem.

oratio

P. Deus omnipotens. deus abraam. deus isaac. deus iacob. immitte in hanc creaturam incensi uim odoris tui. uel uirtutem ut sit seruulis tuis uel ancillis munimen tutelaque defensionis ne intret in uisceribus eorum hostis aditumque et sedem habere possit. per dominum

oratio

Fol. 101 b. S. Domine sancte pater omnipotens ęterne deus. bene✠dicere et santificare digneris ignem istum quem nos indigni per inuocationem unigeniti filii tui domini nostri ihesu christi bene✠dicere presumimus. tu clementissime eum tua bene✠dictione sanctifica et ad profectum humani generis prouenire concede. per dominum.

Quo benedicto accensisque candelis reuertantur in chorum pueris precinentibus hos uersus et choro semper primum repetente

Inuentor rutuli dux bone luminis.
qui certis uicibus tempora diuidis.
merso sole chaos ingruit horridum
lucem redde tuis christe fidelibus

P. Danieli Thes. Hymni i. p. 131. v Tu lux uera oculis lux quoque sensibus.
intus tu speculum. splendiferum foris
lumen quod famulans offero suscipe
tinctum pacifici crismatis ungine

P. *Ib.* v Per christum genitum summe pater tuum
Fol. 102 a. in quo uisibilis stat tibi gloria
qui nuper dominus qui tuus unicus
spirat de patruo corde paraclitum
Per quem splendor honor. laus sapientia
maiestas bonitas. et pietas. tua
regnum continuo[1] numine triplici
texens perpetuis secula seculis amen.

[1] S. contineant.

## Benedictio cerei. in sabbato sancto.

Exultet iam angelica turba celorum. exultent diuina misteria. et pro tanti regis uictoria

tuba intonet salutaris. gaudeat se tellus tantis irradiatam fulgoribus. et ęterni regis splendore lustrata totius orbis se sentiat amissise caliginem. lętetur et mater ęclesię. tanti luminis adornata fulgoribus. et magnis populorum uocibus. Hęc aula resultet quapropter astantibus uobis fratres karissimi ad tam miram sancti huius luminis claritatem. una mecum queso omnipotentis dei misericordiam inuocate. Fol. 102 b.
ut qui me non meis meritis intra leuitarum numerum dignatus est aggregare luminis sui gratiam infundendo cerei huius laudem impleri[1] perficiat. per dominum nostrum ihesum filium tuum qui cum eo uiuit et regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen.

Dominus uobiscum. Et cum spiritu tuo.
Sursum corda. Habeamus[1] ad dominum.
Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustun est.

U D quia dignum et iustum est inuisibilem deum omnipotentem patrem filiumque eius unigenitum dominum nostrum ihesum christum cum spiritu sancto toto cordis ac mentis affectu.´ et uocis misterio personare.´ qui pro nobis eterno patri adę debitum soluit.´ et ueteris piaculi cautionem pio cruore detersit; hec sunt Fol. 103 a.
enim festa paschalia.´ in quibus uerus ille agnus occiditur.´ eiusque sangine potes[1] conseerantur. hec nox est.´ in qua primum patres nostros filios israel eductos de egipto.´ rubrum sicco uestigio transire fecisti; hec igitur nox est.´ quę peccatorum tenebras; columne illuminatione purgauit. hec nox est.´ hec nox est que hodie per uniuersum mundum in christum credentes.´ a uitíís seculi segregatos et caligine peccatorum.´ reddit gratię sociatque sanctitati; hec nox est.´ in qua destructis uinculis mortis.´ christus ab inferis uictor ascendit; nihil enim nobis nasci profuit.´ nisi redemi profuisset; omnia circa nos tuę pietatis dignatio. o inestimabilis dilectio caritatis. ut ser- Fol. 103 b.
uum redimeres.´ filium tradidisti;[2] O beata nox que sola meruit scire tempus et horam.´ in qua christus ab inferis resurrexit; hec nox est de qua scriptum est et nox ut dies illuminabitur.´ et nox illuminatio mea in deliciis meis; huius igitur sanctificatio noctis.´ fugat

[1] R. S. implere.

[1] R. S. habemus.

[1] R. S. postes. R. + fidelium.

[2] Two clauses, O certe and O felix, &c. (R. S.), are omitted.

scelera✓ culpas lauat✓ et reddit innocentiam lapsis✓ et mestis letitiam. fugat odia. concordiam parat. et curuat imperia. in huius igitur noctis gratia

**hic infiguntur u grana incensi in modum crucis**

Suscipe sancte pater. incensi huius sacrificium uespertinum✓ quod tibi in hac cerei oblatione solenni. per ministrorum manus de operibus apium. sàcrosancta reddit ęcclesia. sed iam columpnę huius preconiæ nouimus✓ quam in honorem dei rutilans ignis accendit.

**Hic accenditur**

Fol. 104 a.

Qui licet sit diuissus in partes✓ mutuati tamen luminis detrimenta non nouit; alitur liquentibus cereis quas in substantiam pretiosę huius lampadis apes mater eduxit. o uere beata nox que expoliauit egiptos✓ ditauit ebreos; nox in qua terrenis celestia iunguntur. oramus ergo te domine ut cereus iste in honorem nominis tui consecratus✓ ad noctis huius caliginem destruendam indeficiens perseueret✓ et in odorem săuitatis. acceptus supernis luminaribus misceatur; flammas eius lucifer matutinus inueniat; ille inquam lucifer qui nescit occassum; ille qui egressus ab inferis humano generi serenus illuxit. precamur ergo te do-

Fol. 104 b.

mine✓ ut nos famulos tuos et omnem clerum et deuotissimum populum una cum beatissimo papa nostro. N. et uenerabili antestite nostro. N.[1] et gloriosissimo rege nostro. N. [2]eiusque nobilissima prole. N.[1 2] quiete temporum concessa. in his paschalibus sacramentis. conseruare digneris. per dominum nostrum ihesum christum filium tuum qui tecum uiuit regnat imperat necnon et gloriatur solus deus solus altissimus. una cum sancto spiritu per cuncta secula seculorum amen.

[1-1] R. *om.*
[2-2] S. *om.* See Introd. p. 47.

Gen. i.-ii. 2.

## lectio libri genesis

In principio creauit deus celum et terram; terra autem erat inanis et uacua. et tenebrę erant super faciem abissi[1] et spiritus dei super ferebatur super aquas; dixitque deus; fiat lux; et facta est lux; et uidit deus lucem quod esset

Fol. 105 a.

bona et diuisit deus lucem a tenebris appellauit que lucem diem et tenebras noctem; factumque est uespere et mane dies unus. dixit quoque deus; fiat firmamentum in medio aquarum✓ et diuidat aquas ab aquis; et fecit deus firmamentum✓

[1] V. abyssi.

diuisitque aquas que erant sub firmamento ab his que erant super firmamentum. et factum est ita; uocauitque deus firmamentum celum; et factum est uespere et mane dies secundus; dixit uero deus; congregentur aquę quę sub celo sunt in locum unum. et appareat arida; factumque est ita; et uocauit deus aridam terram.ˊ congregationesque aquarum appellauit maria. et uidit deus quod esset bonum.ˊ et ait;
germinet terra herbam uirentem et facientem Fol. 105 b.
semen. et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum.ˊ cuius semen in semet ipso sit super terram. et factum est ita; et protulit
terra herbam uirentem et afferentem[2] semen [2] V. facientem.
iuxta genus suum.ˊ lignumque faciens fructum. et habens unumquodque sementem secundum speciem suam. et uidit deus quod esset
bonum; factumque[3] est uespere et mane dies [3] V. et factum.
tertius; dixit autem deus. fiant luminaria in firmamento celi et diuidant diem ac noctem.ˊ
et sint in signa et et[4] tempora et dies et annos. [4] V. *om.*
ut luceant in firmamento celi; et illuminent terram; et factum est ita; fecitque deus duo
magna[5] luminaria[5] luminare maius ut prȩesset [5] V. *transposes.*
diei.ˊ et luminare minus ut preesset nocti. et
stellas; et possuit[6] eas in firmamento celi. ut Fol. 106 a. [6] V. posuit.
lucerent super terram. et preessent diei ac nocti. et diuiderent lucem ac tenebras; et uidit deus quod esset bonum.ˊ et factum est uespere et mane dies quartus; dixit etiam deus; producant aquæ reptile animę uiuentis et uolatile super terram sub firmamento celi. creauitque deus
coeta[7] grandia et omnem animam uiuentem [7] V. cete.
atque motabilem quam produxerant aquę in species suas.ˊ et omne uolatile secundum genus suum; et uidit deus quod esset bonum. benedixitque eis dicens; crescite et multiplicamini et replete aquas maris. auesque multiplicentur super terram; et factum est uespere et mane. dies quintus; dixit quoque deus. producat terra
animam uiuentem in genere suo. iumenta et Fol. 106 b.
reptilia et bestias terrę secundum species suas. factumque est ita. et fecit deus bestias terre. iuxta species suas. et iumenta et omne reptile terrę in genere suo. et uidit deus quod esset bonum.ˊ et ait. faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. et presit et piscibus maris et uolatilibus celi. et bestiis

uniuersæque creaturę omnique reptili quod
mouetur in terra; et creauit deus hominem ad
imaginem suam ad imaginem dei creauit illum✓
masculum et feminam creauit eos. benedixitque
illis deus. et ait; crescite et multiplicamini et
replete terram. et subiicite eam et dominamini
piscibus maris et uolatilibus celi. et uniuersis
Fol. 107 a. animantibus que mouentur super terram. dixit-
que deus. ecce dedi uobis omnem herbam
afferentem semen super terram. et uniuersa
ligna que habent in semetipsis sementem generis
sui ut sint uobis in escam. et cunctis animan-
tibus terrę omnique uolucri celi. et uniuersis
que mouentur in terra✓ et in quibus est anima
uiuens. ut habeant ad uescendum; et factum
[8] V. fecerat. est ita. uiditque deus cuncta que fecit[8]✓ et
erant ualde bona; et factum est uespere et
mane dies sextus; igitur perfecti sunt celi et
terra✓ et omnis ornatus eorum; compleuitque
deus die septimo opus suum quod fecerat. et
requieuit die septimo. ab omni opere quod
patrarat;

Deus qui mirabiliter creasti hominem et
mirabilius redemisti✓ da nobis contra oblecta-
Fol. 107 b. menta peccati mentis ratione persistere. ut
mereamur ad gaudia ęterna peruenire. per.

Ex. xiv. 24-31.

**lectio libri exodi**

[1.1] V. Jamque advenerat. [1] In diebus illis✓ factum est in [1] uigilia matu-
tina. et ecce respiciens dominus super castra
[2] V. Ægyptiorum. ęgiptiorum[2] per columnam ignis et nubis inter-
fecit exercitum eorum et subuertit rotas cur-
ruum✓ ferebanturque in profundum; dixerunt
[3] V. Ægyptii. ergo ęgiptíí.[3] fugiamus israhelem✓ dominus
[4.4] V. pugnat pro eis. enim pro[4] eis pugnat[4] contra nos; et ait domi-
nus ad moysen; extende manum tuam super
mare. ut reuertantur aq*u*æ ad egiptios super
currus et equites eorum. cumque extendisset
moyses manum contra mare✓ reuersum est
Fol. 108 a. primo diluculo ad priorem locum; fugientibus-
[5] V. Ægyptiis. que egiptíís[5] occurrerunt aq*u*æ et inuoluit eos
dominus in mediis fluctibus; reuersęque sunt
aquę. et operuerunt currus et equites cuncti
exercitus pharaonis. qui sequentes ingressi fue-
rant mare✓ nec unus quidem superfuit ex eis.
filii autem israhel perrexerunt per medium sicci
maris. et aquę eis erant quasi pro muro a dex-
tris et a sinistris; liberauitque dominus in die

illa israhel de manu egiptiorum.[2] et uiderunt egiptios[6] mortuos super litus[7] maris. et manum magnam quam exercuerat dominus contra eos; timuitque populus dominum et crediderunt domino. et moisi seruo eius. tunc cecinit moyses et filii israhel. carmen hoc domino. et dixerunt.,

[6] V. Ægyptios.
[7] V. littus.

**tractus** Cantemus domino gloriose enim honorificatus est equum et ascensorem proiecit in mare. Fol. 108 b.
**b** Adiutor et protector factus est mihi in salutem.
**b** Hic deus meus et honorabo eum deus patris mei et exaltabo eum.
**b** Dominus conterens bella. *dominus nomen* est *illi*.

Deus cuius antiqua miracula etiam nostris seculis choruscare sentimus. dum quod uni populo a persecutione egiptia liberando dexteræ æ t*u* potentia contulisti. id in salutem gentium per aquam regenerationis opereris: presta ut in abrahę filios et in israheliticam dignitatem totius mundi transeat plenitudo. per.

**lectio isaię profetę** Es. iv.

[1] In diebus illis[1]: apprehendent. VII. mulieres uirum unum in die illa dicentes; panem nostrum comedemus. et uestimentis nostris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuum super nos: aufer opprobium nostrum; in die illa erit germen domini in magnificentia et in gloria et fructus terrę sublimis; et exultatio his qui saluati fuerint de israhel; et erit; omnis qui relictus fuerit in sion. et residuus in ierusalem: sanctus uocabitur omnis qui scriptus est in uita in ierusalem: si abluerit dominus sordem filiarum sion: et sanginem ierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicii et spiritu ardoris; et creauit dominus super omnem locum montis sion. et ubi inuocatus est nubem per diem. et fumum. et splendorem ignis flammantis in nocte; super omnem enim gloriam protectio. et tabernaculum erit in umbraculum dei[2] ab estu. et in securitatem et absconsionem a turbine et a pluuia;

[1.1] V. Et.
Fol. 109 a.
[2] V. diei.

**tractus** Uinea facta est dilecto in cornu uberi. Fol. 109 b.
**b** Et maceriam circumdedit. et circumfodit. et plantauit uineam soreth.
**b** Et edificauit turrim in medio eius.
**b** Et torcular. fodit in ea. uinea enim domini sabaoth domus israhel est

**oratio**

Deus qui nos ad celebrandum paschale sacramentum utriusque testamenti paginis inbuisti:

da nobis intelligere misericordias tuas. ut ex perceptione presentium munerum firma sit expectatio futurorum. per.

Es. liv. 17-lv. 11. R.

**lectio isaie pro[fete]**

Hec est hereditas seruorum domini et iustitia eorum apud me dicit dominus; omnes sitientes uenite ad aquas. et qui non habetis argentum:⁄ properate emite et comedite; uenite

Fol. 110 a.

emite absque argento. et absque ulla commutatione uinum et lac. quare appenditis argentum non in panibus et laborem uestrum non in saturitate? audite audientes me:⁄ et comedite bonum. et delectabitur in crassitudine anima uestra; inclinate aurem uestram et uenite ad me:⁄ audite et uiuet anima uestra; et feriam uobiscum pactum sempiternum. misericordias dauid fideles; ecce testem populis dedi eum. ducem ac preceptorem gentibus; ecce gentem quam nesciebas uocabis et gentes qui non cognouerunt te ad te current propter dominum deum tuum et sanctum israhel quia glorificauit te; querite dominum dum inueniri potest inuocate eum dum prope est; derelinquat impius uiam

Fol. 110 b.

suam et uir iniquus cogitationes suas:⁄ et reuertatur ad dominum et miserebitur eius. et ad deum nostrum quoniam multus est ad ignescendum; non enim cogitationes meę cogitationes uestrę neque uiæ uestrę uię meę dicit dominus. quia sicut exultantur celi a terra:⁄ sic exaltatę sunt uię meę a uiis uestris[1] a cogitationibus uestris. et quomodo descendit imber et nix de celo et illuc ultra non reuertitur. sed imbriat terram et infundit eam. et germinare eam facit. et dat semen serenti et panem comedenti:⁄ sic erit uerbum meum quod egredietur de ore meo [2] dicit dominus omnipotens.[2]

[1] V. + et cogitationes meæ.

[2.2] V. *om.*

**oratio.**

Deus qui ęcclesiam tuam semper gentium uocatione multiplicas:⁄ concede propitius. ut

Fol. 111 a.

quos aqua baptismatis abluis. continua protectione tuearis. per.

**tractus** Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum: quando ueniam et apparebo ante faciem dei mei.

**b** Fuerunt mihi lacrime meę panes *die ac nocte* dum dicitur mihi per singulos dies ubi est deus tuus.

**oratio**

Concede quesumus omnipotens deus. ut qui

festa paschalia agimus. celestibus desideriis accensi. fontem uitæ sitiamus. per. S.

Kyrri el*eyson*
christe *eleyson*
christe audi nos
Sancta maria ora
Sancta dei genitrix or*a*
Sancte petre or*a*
Sancte paule or*a*
Sancte andrea or*a*
Sancte zefane or*a*
Sancte laurentii or*a*
Sancte uincentíí or*a*
Sancte martine or*a*
Sancte patricii or*a*
Sancte benedicte or*a*
Sancte maria mag*da-lena* ora
Sancta felicitas or*a*
Sancta margareta or*a*
Sancta petronilla
Sancta brigida or*a*
Omnes sancti orate o
Propitius esto parce nobis domine
Propitius esto li*bera nos* d*omine*

Sancta uirgo uirginum or*a*
Sancte michael or*a*
Sancte gabriel or*a*
Sante raphiel or*a*
Sancte iohannis or*a*
Per crucem tuam. l*ibera* n*os*.
Per sanctam resurrectionem tuam. l*ibera*
Peccatores te r*ogamus* a*udi* nos
Ut pacem nobis dones t*e*
Ut d*omnum* a*postolicum* nostrum in sancta relegione conseruate d*igneris* te
Ut æclesiam tuam immaculatam cus todire dig*neris* t*e* ro*gamus*
Ut regem hibernensium et exercitum eius con seruare d*igneris* t*e* ro*gamus*.[1]
Ut eis uitam et sani tatem atque uicto riam dones t*e* r*ogamus*
Ut sanitatem nobis d*ones* t*e*

Fol. 111 b.

For the ornamental enclosure of each "ora," see Plate iv.

See Introd. p. 47.

[1] A similar Lit. in the Leofric Missal, f. 267 a, may be dated by the petition for "reges nostros;" in Murat. Lit. Rom. i. 74, by that "pro domno imperatore et exercitu Francorum;" in a missal at Florence (Bibl. Naz. xxxvi. 13), by that for "d. ottonem imperatorem et exercitum christianorum."

Ut pluuiam nobis d*ones* t*e* r*ogamus* U^t fructus terrę nobis d*ones*. Ut aeris temperiem no*bis* d*ones* t*e*. Ut nos exaudire dig*neris* t*e*. Filii dei te. Accendite. accendite. accen*dite*. Kyrri el*eyson*. ter. Christe *eleyson* Kyrri e*leyson*. Gloria in excel*sis*.

Fol. 112 a.

[In Sabbato Sancto.]

Deus qui hanc sacratissimam noctem gloria dominicę resurrectionis illustrasti ✓ conserua in noua familię tuę progenie adoptionis spiritum quem dedisti. ut corpore et mente renouati

puram tibi exhibeant seruitutem. per. in unitate eiusdem

Col. iii. 1-4.

**ad colossenses**

Fratres[1]:⸍ si consurrexistis cum[2] christo:⸍ que sursum[3] querite. ubi christus est in dexteram[4] dei sedens; que sursum sunt sapite:⸍ non que super terram; mortui enim estis:⸍ et uita uestra abscondita est cum christo in deo cum enim[5] christus apparuerit uita uestra:⸍ tunc et uos apparebitis:⸍ cum ipso in gloria;

Fol. 112 b.

[1] A. V. igitur. [2] A. *om.*
[3] A. V. + sunt.
[4] A. V. dextera.
[5] V. *om.*

Alleluia. ꝟ Confitemini domino quoniam in *misericordia* eius.

tractus Laudate dominum omnes gentes ut supra

Mat. xxviii. 1-7.

**secundum matheum**

Uespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati:⸍ uenit maria magdalenę et altera maria uidere sepulcrum;[1] et ecce terre motus factus est magnus:⸍ angelus enim domini descendit de celo. et accedens reuoluit lapidem:⸍ et sedebat super eum; erat autem aspectus eius sicut fulgur et uestimentum eius sicut nix; pre timore autem eius exterriti sunt custodes:⸍ et facti sunt uelut mortui; respondens autem angelus:⸍ dixit mulieribus; nolite timere uos; scio enim:⸍ quod ihesum qui crucifixus est queritis; non est hic; surrexit enim:⸍ sicut dixit; uenite et uidete locum:⸍ ubi possitus[2] erat dominus. et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit:⸍ et ecce precedet[3] uos in galileam; ibi eum uidebitis:⸍ ecce predixi uobis.,

Fol. 113 a.

[1] A. V. sepulchrum.
[2] A. V. positus.
[3] A. V. præcedit.

**secreta**

Suscipe domine quesumus preces populi tui cum oblationibus hostiarum ut pasc'alibus initiate misteriis ad ęternitatis nob*is* medelam te operante proficiant. per dominum nostrum

U D ęquum et salutare. et te quidem omni tempore:⸍ sed in hoc potissimum nocte gloriosius predicare. cum pascha nostrum immolatus est christus. ipse enim uerus est agnus qui abstulit peccata mundi. qui mortem nostram moriendo destruxit et uitam resurgendo reparauit. et ideo.

Fol. 113 b.

Communicantes et noctem sacratissimam celebrantes resurrectionis domini nostri ihesu christi secundum carnem. sed et memor*iam* uenerantes imprimis gloriosæ semper uirginis marię genetricis eiusdem dei et domini nostri i*hesu* christi. sed et

Hanc igitur oblationem seruitutis nostrę. sed et cunctæ familię tuę quam tibi offerimus pro his quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritu sancto tribuens eis remissionem omniam peccatorum quesumus domine ut.

**ad uesper[as]**

Alleluia alleluia **Psalmus** Laudate dominum omnes *gentes*. Alleluia alleluia. Quoniam confirmata est super n*os* misericordia eius et ueritas domini manet in eternum. Alleluia alleluia. Gloria patri et filio et spritui sancto. Alleluia alleluia. Sicut erat. in et et semper et in secula seculorum amen. Alleluia alleluia. Fol. 114 a.

**in euangelio**

Uespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati uenit maria magdalene et altera marie uidere sepulcrum alleluia.

**Psalmus** Magnificat.

Spiritum domine tuę karitatis infunde. ut quos sacramentis paschalibus satiasti. tua facias pietate concordes. per. in uni*tate eius*d*em*.

Fol. 114 b.
[In die Paschæ.]

RESURREXI et adhuc tecum sum alleluia possuisti super me manum tuam alleluia mirabilis facta est scientia tua alleluia alleluia.

**Psalmus** Domine probasti. me.

**oratio**

Deus qui hodierna die per unigenitum tuum eternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti uota nostra que preueniendo aspiras etiam adiuuando prosequere. per eundem.

Fol. 115 a. 1 Cor. v. 7, 8.

Fratres[1] ✓ expurgate uetus fermentum ut sitis noua conspersio[2] ✓ sicut estis azimi;[3] etenim pascha nostrum immolatus est christus; itaque epulemur non in fermento. ueteri ✓ neque in fermento. malitię et nequitię. sed in azimis[4] sinceritatis ✓ et ueritatis;

[1] A. V. *om.* [2] A. consparsio.
[3] A. V. azymi.
[4] A. V. azymis.

**Gradale** Hec est dies quam fecit dominus exultemus et lętemur in ea.

**ƀ** Confitemini domino quoniam bonus quoniam in sęculum misericordia eius. Alleluia

P.
[Mis. de Arbuthnott.]

**ƀ** Pascha nostrum immolatus est christus

**ƀ** Epulemur in azimis sinceritatis et ueritatis

Marc. xvi. 1-7.

**secundum marcum**

[1] In illo tempore[1] ✓ maria magdalene et maria iacobi et salome emerunt aromata ✓ ut uenientes ungerent ihesum et ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monumentum ✓ orto iam sole; et dicebant ad inuicem; quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? et respiciens[2] ✓ uiderunt[3] reuolutum lapidem; erat quippe magnus ualde; et introeuntes in monumentum[4] ✓ uiderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida et obstupuerunt; qui dicit illis. nolite expauescere; ihesum queritis nazarenum ✓ crucifixum; surrexit ✓ non est hic; ecce locus ✓ ubi posuerunt eum; sed ite dicite discipulis eius et petro ✓ quia precedit uos in galileam; ibi eum uidebitis ✓ sicut dixit uobis.,

[1.1] A. V. Et cum transisset sabbatum.
Fol. 115 b.
[2] A. V. respicientes.
[3] A. vident.
[4] A. monumento.

Fol. 116 a.

Terra tremuit et quieuit dum resurgeret in iudicio deus alleluia

**secreta**

Suscipe domine quesumus preces populi tui cum oblationibus hostiarum. ut paschalibus initiatę misteriis ad ęternitatis nobis medelam te operante proficiant. per christum dominum

U D ęquum et salutare ✓ et te quidem. u$^{t}$ supra. Communicantes. Hanc igitur *oblationem.* u$^{t}$ supra.

### communio

Pascha nostrum immolatus est christus alleluia. itaque epulemur in azimis sinceritatis et ueritatis. alleluia

### postcommunio

Spiritum nobis domine tuę caritatis infunde ut quos sacramentis paschalibus satiasti. tua facias pietate concordes. per.

## dominica in alb[is] R.

Quasi modo geniti infantes alleluia alleluia rationabile sine dolo lac concupiscite alleluia alleluia alleluia.
**Psalmus** exultate deo ad*iutorio* nostro

Presta quesumus omnipotens deus ut qui Fol. 116 b.
festa paschalia peregimus. hec te largiente
moribus et uita teneamus. per.

### lectio e[pistolę] b[eati] iohannis a[postoli.] 1 Joh. v. 4-10.

Karissimi[1] ·/ omne quod natum est ex deo ·/ [1] A. V. *om.*
uincit mundum; et hec est uictoria que uincit
mundum ·/ fides nostra; quis est autem qui
uincit mundum. nisi qui credit quoniam ihesus
est filius dei? hic est qui uenit per aquam et
sanginem[2] ·/ ihesus christus; non in aqua solum. [2] A. V. sanguinem.
sed in aqua et sangine.[a] et spiritus est qui [a] A. V. sanguine.
testificatur. quoniam christus est ueritas ·/ quo-
niam[3] tres sunt qui testimonium dant [4] in celo [3] V. quia. [4.4] A. *om.*
pater uerbum et spiritus. et hi tres unum sunt;
et tres sunt qui. testimonium dant in terra[4] ·/
spiritus[5] aqua et sangis;[6] et tres[7] unum sunt; [5] A. V. + et.
si testimonium hominum accipimus ·/ testimo- Fol. 117 a.
nium dei maius est; quoniam hoc est testimo- [6] A. V. sanguis. [7] V. + hi.
nium dei quod maius est ·/ quia[8] testificatus [8] V. quoniam.
est de filio suo; qui credit in filium[9] dei ·/ habet [9] A. filio.
testimonium dei in se;

Alleluia **b** post dies octo ianuis clausis stetit ihesus in medio discipulorum suorum et dixit pax uobis.
**b** Alleluia
**b** Gauissi sunt discipuli uiso domino. P.

### secundum iohannem Joh. xx. 19-27.

[1] In illo tempore[1] ·/ cum[a] esset[2] sero die illo [1.1] A. V. *om.* [a] V. + ergo.
una sabbatorum et fores essent clausæ ubi erant [2] A. + ergo.
discipuli congregati[3] propter metum iudeorum ·/ [3] A. *om.*
uenit ihesus. et stetit in medio et dicit eis; pax
uobis. et cum hoc dixisset. ostendit eis manus
et latus. gauissi[4] sunt ergo discipuli ·/ uiso [4] A. V. gavisi.
domino; dixit ergo eis iterum; pax uobis. sicut
missit[5] me pater ·/ et ego mitto uos. hoc[b] cum Fol. 117 b.
dixisset insufllauit et dicit[c] eis; accipite spiritum [5] A. V. misit. [b] V. hæc.
sanctum; quorum remiseritis peccata remit- [c] V. dixit.

[6] A. remittentur.
[7] A. V. duodecim.
[8] A. V. Didymus.
[9] A. V. digitum.
[10] A. adfer.

tuntur[6] eis. et quorum retinueritis ✓ retenta sunt. Thomas autem unus ex duodecem[7] qui dicitur didimus[8] ✓ non erat cum eis quando uenit ihesus; dixerunt ergo ei alii discipulis; uidimus dominum; ille autem dixit eis; nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum et mittam degitum[9] meum in locum clauorum et mittam manum meam in latus eius non credam; et post dies octo ✓ iterum erant discipuli eius intus ✓ et thomas cum eis; uenit ihesus ianuis clausis ✓ et stetit in medio et dixit; pax uobis; deinde dicit thomę; infer degitum[9] tuum huc. et uide manus meas. et affer[10] manum tuam et mitte in latus meum ✓ et noli esse incredulus sed fidelis; * *

* * * *

* * * *

[Nine leaves are missing here. Fol. 118 a commences with portion of the Lectio prima in Vigilia Pentecostes.]

Fol. 118 a. Gen. xxii. 13-19.
[1] V. holocaustum.
[2] V. *transposes.*
[3] V. arenam. [4] V. littore.
[5] V. + que.
Fol. 118 b. [6] V. Abraham.

uiditque post tergum arietem inter uepres herentem cornibus. quem assumens obtulit olocaustum[1] pro filio. appellauitque nomen loci illius. dominus uidet; unde usque hodie dicitur; in monte dominus uidebit; uocauit autem angelus domini abraham secundo de celo dicens; per memet ipsum iuraui dicit dominus. quia fecisti rem[2] hanc[2] et non pepercisti filio tuo unigenito propter me ✓ benedicam tibi. et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi. et uelut harenam[3] que est in litore[4] maris; possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. et benedicentur in semine tuo omnes gentes. terrę. quia obedisti uoci meę; reuersus[5] est abraam[6] ad pueros suos abieruntque. bersabee simul et habitauit ibi.

tractus Cantemus domino *gloriose.*

oratio

Deus qui in abrahę famuli tui opere humano generi obędientię exempla prebuisti ✓ concede nobis et nostrę uoluntatis prauitatem frangere et tuorum preceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. per.

Deut. xxxi. 22-30. S.
[1.1] V. *om.* [2] V. + ergo.
[3] V. *om.*

lectio libri deuteronomi.

[1] In diebus illis[1] ✓ scripsit[2] moyses canticum et docuit filios israhel ✓ precepitque dominus iosue filio nun ✓ et ait; confortare. et esto robustus. tu enim introduces filios israhel in terram quam pollicitus sum patribus[3] eorum[3] et ego ero tecum. postquam ergo scripsit moyses uerba legis huius in uolumine atque compleuit.

precepit leuitis qui portabant arcam foederis domini. dicens; tolle filium istum et ponite illum in latere arcę foederis domini dei uestri. ut sit ibi contra te in testimonium; ego enim scio contentionem tuam[4] durissimam; adhuc uiuente me et ingrediente uobiscum. semper contentiose egistis. contra dominum? quanto magis cum mortuus fuero? congregate ad me omnes maiores natu per tribus uestras. atque doctores. et loquar audientibus eis sermones istos. et inuocabo contra eos celum et terram. noui enim quod post mortem meam inique agetis et declinabitis cito de uia quam precepi uobis. et occurrent uobis mala in extremo tempore quando feceritis malum in conspectu domini ut irritetis eum per opera manuum uestrarum; locutus est ergo moyses audiente uniuerso cetu filiorum israhel uerba carminis huius. et ad finem usque compleuit.

Fol. 119 a. [The letters a, b, c, d, e, f, have been written in Irish characters on the lower margins of this and the five following leaves.]

Fol. 119 b.

tractus Attende celum et loquar et audiat terra uerba ex ore meo. S.

b Expectetur sicut pluuia eloquium meum. et descendant sicut ros uerba mea

b Sic imb*er* super gramina et sicut nix super fenum. quia nomen domini inuocabo

b Date magnificentiam deo nostro deus u*er*ax opera eius et omnes uię eius iustitia

b Deus fidelis in quo non est iniquitas iustus et sanctus dominus.

oratio

Deus qui nobis per prophetarum ora precepisti temporalia relinquere et ad ęterna festinare? da famulis tuis ut que a te iussa cognouimus implere celesti inspiratione ualeamus. per.

lectio isaie profetę

Apprehendent. *supra* in sabbato pas*chę* Fol. 120 a.

tractus Uinea facta est

oratio

Deus qui nos ad celebrandam presentem festiuitatem utriusque testamenti paginis instruis? da nobis intelligere misericordias tuas ut ex perceptione presentium munerum firma sit expectatio futurorum. per. S.

lectio ieremie pro[fetę]. Bar. iii. 9-37.

Audi israhel mandata uitæ auribus percipe ut scias prudentiam? quid est israhel quod in terra inimicorum es? inueterasti in terra aliena. coinquinatus es cum mortuis deputatus es cum his qui in inferno sunt? dereliquisti fontem

[4] V. + et ceruicem tuam.

sapientię; nam si in uia dei ambulasses✓ habitasses utique in pace[1] super[2] terram.[2] disce ubi sit sapientia.[3] ubi sit uirtus✓ ubi sit prudentia[4] ut scias simul ubi sit longitudo[5] uita[6] et uirtus.[7] ubi sit lumen oculorum et pax? quis inuenit locum eius. et quis introiuit[8] in thesauris[9] eius? ubi sunt principes gentium. et qui dominantur super best*ias* que sunt in[10] terra?[11] qui in nubibus[12] celi ludunt. qui argentum tesaurizant[13] et aurum in quo confidunt homines et non est finis possessionis[14] eorum; qui argentum fabricant et solliciti sunt✓ nec est inuentio operum illorum; et[2] tamen[2] exterminati sunt✓ et ad inferos descenderunt. et alii in[2] locum[15] illorum surrexerunt; iuuenes uiderunt lumen. et habitauerunt super terram. uiam autem disciplinę nescierunt. neque intellexerunt semitas eius. neque[16] susceperunt eam filii[2] eorum[2] a facie eorum[17] longĕ facta.[18] non est audita in terra chanaan. neque uisa est in theman; filii quoque agar qui exquirunt prudentiam que de terra est negociatores terre[19] et theman. et fabulatores. et exquisitores prudentię et intelligentię; uiam autem sapientię nescierunt neque meminerunt[20] semitarum[21] eius; o israhel quam magna est domus dei. et ingens locus possessionis eius. magnus et non habet consummationem[22] excelsus et immensus; ibi fuerunt gigantes nominati. illi qui ab initio fuerunt statura magna scientes bellum; non hos elegit dominus neque uiam disciplinę inuenerunt propterea perierunt; et quoniam non habuerunt sapientiam✓ interierunt propter suam insipientiam? quis ascendit in celum et accepit eam. et eduxit eam de nubibus? quis transfretauit mare et inuenit eam.[23] et altulit eam[23] super aurum electum? non est qui[24] sciat[25] uiam[26] eius neque qui excogitat[27] semitas eius; sed qui scit uniuersa✓ nouit illam[28] et adinuenit illam[28] prudentia sua qui perfecit[29] terram in sempiterno[30] tempore et adinuenit[31] eam peccodibus;[32 33] qui emittit lucem[34] et uadit et inuocauit[35] eam[36] et obaudiuit[37] illi in tremore; zelle[38] autem dederunt lucem[34] in custodíís tuis.[A] et lętatę sunt; et[2] uocatę sunt et dixerunt; adsumus et dixerunt[39 40] cum iocunditate[41] qui fecit illas; hic est deus noster. et non estimabitur alius ad[42] illum;[43] hic adinuenit omnem

[1] V. + sempiterna.
Fol. 120 b. [2] V. *om.*
[3] V. prudentia.
[4] V. intellectus.
[5] V. longiturnitas.
[6] V. vitæ. [7] V. victus.
[8] V. intravit.
[9] V. thesauros.
[10] V. super. [11] V. terram.
[12] V. avibus.
[13] V. thesaurizant.
[14] V. acquisitionis.
[15] V. loco.
Fol. 121 a.
[16] V. + filii eorum.
[17] V. ipsorum. [18] V. + est.
[19] V. Merræ.
[20] V. commemorati sunt.
[21] V. semitas.
[22] V. finem.
Fol. 121 b.
[23] V. illam.
[24] V. + possit. [25] V. scire.
[26] V. vias. [27] V. exquirat.
[28] V. eam.
[29] V. præparavit.
[30] V. æterno. [31] V. replevit.
[32] V. pecudibus.
[33] V. + et quadrupedibus.
[34] V. lumen. [35] V. vocavit.
[36] V. illud. [37] V. obedit.
[38] V. stellæ.
[[A] An S has been written over this by a later hand.]
[39] V. luxerunt. [40] V. + ei.
[41] V. jucunditate.
[42] V. adversus. [43] V. eum.

uiam disciplinę. et dedit[44] illam iacob eius[2] Fol. 122 a.
puero suo et israhel dilecto suo; post hec super[45] [44] V. tradidit.
terram[46] uisus est ·/ et cum hominibus conuersatus est; [45] V. in. [46] V. terris.

tractus Sicut ceruus desiderat.

**oratio**

Omnipotens sempiterne deus qui paschale sacramentum quinquaginta dierum uoluisti misterio contineri ·/ presta ut gentium facta dispersio diuisione lingarum ad unam confessionem tui nominis celesti munere congregetur. per. S.

## ad missam. [In Vigilia Pentecostes.]

**oratio**

Presta quesumus omnipotens deus. ut claritatis tuæ super nos splendor effulgeat. et lux tuę lucis corda eorum qui per gratiam tuam renati sunt sancti spiritus illustratione confirmet. per. in unitate eiusdem.

**lectio actuum apostolorum** Act. xix. 1-8.

In diebus illis[1] ·/ cum appollo[2] esset corinthi. et[3] paulus peragratis superioribus partibus ueniret ephesum[4] et inueniret quosdam discipulos ·/ ait[a] ad eos; si spiritum sanctum accepistis credentes? at illi dixerunt[5] ad eum; sed neque si spiritus sanctus est audiuimus; ille uero ait; in quo ergo baptizati estis? qui dixerunt; in iohannis baptismate; dixit autem paulus; iohannes baptizauit baptismo[6] penitentię populum dicens. in eo[b] qui uenturus esset. post ipsum ut crederent ·/ hoc est in ihesum; his auditis ·/ baptizati sunt in nomine domini ihesu; et cum impossuisset[7] illis manum[c] paulus ·/ uenit spiritus sanctus super eos. et loquebantur lingis[c 8] et prophetabant; erant autem omnes uiri ·/ fere duodecem;[9] introgressus autem sinagogam.[10] cum fiducia loquebatur per tres menses ·/ disputans et suadens ·/ de regno dei.

[1] A. V. factum est autem. Fol. 122 b. [2] A. V. Apollo. [3] A. V. ut. [4] A. Efesum. [a] A. V. dixitque. [5] A. *om.* [6] A. baptisma. [b] A. V. eum. [7] A. V. imposuisset. [c] V. manus. [8] A. V. linguis. [9] A. V. duodecim. [10] A. V. synagogam. Fol. 123 a.

Alleluia. Confitemini domino.

tractus Laudate dominum.

**secundum iohannem** Joh. xiv. 15-21.

[1] In illo tempore ·/ dixit dominus discipulis suis;[1] si diligitis me ·/ mandata mea seruate. et ego regabo patrem et alium paraclitum[2] dabit uobis. ut maneat uobiscum in ęternum ·/ spiritum ueritatis quem mundus non potest accipere quia non uidit eum nec scit eum; nos

[1 1] A. V. *om.* [2] A. paracletum.

autem cognoscetis[3] eum ✓ quia apud uos manebit. et in uobis erit; non relinquam uos orphanos[4] ✓ ueniam ad uos; adhuc modicum ✓ et mundus me iam non uidet; uos autem uidetis me ✓ quia ego uiuo. et uos uiuetis; in illo die uos cognoscetis ✓ quia ego[5] in patre meo. et uos in me. et ego in uobis. qui habet mandata mea et seruat ea ✓ ille est qui diligit me; qui autem diligit me ✓ diligetur a patre meo. et ego diligam eum ✓ et manifestabo ei me ipsum;

Fol. 123 b.

[3] A. cognoscitis.

[4] A. orfanos.

[5] A. V. + sum.

**offertorium**

Emitte spiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terrę. *sit gloria* d*omini* i*n*. alleluia.

**secreta**

S. Hostias populi tui quesumus domine miseratus intende. et ut tibi reddantur acceptæ conscientias nostras sancti spiritus salutaris emundet aduentus. per

U. D. per christum ✓ qui ascendens super omnes celos sedensque ad dexteram tuam. promissum spiritum hodierna die in filios adoptionis effudit quapropter profusis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat ✓ sed et supernę uirtutis atque angelicę potestates ymnum glorię tuę concinunt sine fine dicentes. sanctus.

Fol. 124 a.

Communicantes et diem sacratissimum penticostes celebrantes quo spiritus sanctus apostolis innumeris[1] lingĭs apparuit. sed et me*moriam*.

[1] S. in igneis.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostrę sed et cunctæ familię tuę quam tibi offerimus pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritu sancto tribuens eis remissionem omnium peccatorum. quesumus domine.

**communio**

Ultimo festiuitatis die dicebat ihesus qui in me credit flumina de uentre eius fluent aquę uiuæ. hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum alleluia alleluia.

S. Presta quesumus. omnipotens deus. ut spiritus sanctus adueniens maiestatem nobis filii manifestando clarificet. per. in unitate.

## dominica pentecostes

Fol. 124 b.

Spiritus domini repleuit orbem terrarum alleluia. et hoc quod continet omnia scientiam habet uocis alleluia alleluia alleluia.

P. ꝟ. Omnium est enim artifex omnem habens uirtutem omnia prospiciens. glo*ria*.

**Psalmus** Exurgat deus.

**oratio**

Deus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti✓ da nobis in eodem spiritu recta sapere. et de eius semper consolatione gaudere. per dominum in unitate eiusdem.

**lectio actuum apostolorum** — Act. ii. 1-11.

[1] In diebus illis [1]✓ cum complerentur dies pentecostes [2]✓ erant omnes discipuli [3] pariter in eodem loco; et factus est repente de celo sonus tanquam [4] aduenientis spiritus uehimentis [5]✓ et repleuit totam domum ubi erant apostoli [3] sedentes; et apparuerunt illis dispertitæ lingæ [6] tanquam [4] ignis✓ seditque supra singulos eorum; et repleti sunt omnes spiritu sancto✓ et ceperunt loqui uaríís lingĭs? prout spiritus sanctus dabat eloqui illis; erant autem in ierusalem [8] habitantes iudei uiri religiosi✓ ex omni natione que sub celo est; facta autem hac uoce conuenit multitudo et mente confussa [9] est✓ quoniam audiebat unusquisque lingă sua illos loquentes; stupebant autem omnes✓ et mirabantur ad [3] inuicem [3] dicentes; nonne ecce [11] omnes [11] isti qui loquuntur galilei sunt? et quomodo nos audiuimus unusquisque lingăm [12] nostram [12] in qua nati sumus. parthi et medi. et elamite. et qui habitant mesopotamiam. iudeam et capadociam [13] pontum et asiam. frigiam [14] et pampiliam. [15] egiptum [a] et partes libię [16] que est circa cirinen. [17] et aduenę romani. iudei quoque et proseliti. [18] cretes et arabes? audiuimus eos [19] loquentes [19] nostris lingĭs✓ magnalia dei;

Alleluia. ꝟ Emitte spiritum tuum. et creabuntur et renouabis faciem terrę Alleluia.

ꝟ Spiritus sanctus procedens a throno apostolorum pectora inuisibili hodie perlustrauit potentia. — S.

**secundum iohannem** — Joh. xiv. 23-31.

[1] In illo tempore✓ dixit dominus ihesus discipulis suis; [1] si quis diligit me✓ sermonem meum seruabit; et pater meus diliget eum✓ et ad eum ueniemus et mansionem apud eum faciemus; qui non diligit me✓ sermones meos non seruat; et sermo [2] quem audistis non est meus; sed eius qui misit me patris; hec locutus sum uobis✓ apud nos manens; paraclitus [3] autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo✓ ille nos docebit omnia et sug-

---

[1.1] A. et. [2] A. pentecosten.
[3] A. V. *om.*
Fol. 125 a.
[4] A. tamquam.
[5] A. V. vehementis.
[6] A. V. linguæ.
[8] A. Hierusalem.
[9] A. V. confusa.
[11] A. omnes ecce.
[12] A. lingua nostra.
Fol. 125 b.
[13] A. V. Cappadociam.
[14] A. Frygiam. V. Phrygiam.
[15] A. V. Pamphyliam.
[a] V. Ægyptum.
[16] A. Lybiæ. V. Libyæ.
[17] A. V. Cyrenen.
[18] A. V. proselyti.
[19] A. loquentes eos.

[1.1] A. V. Respondit Iesus et dixit ei.
Fol. 126 a.
[2] A. V. sermonem.
[3] A. paracletus.

geret uobis omnia quecunque dixero uobis; pacem relinquo uobis./ pacem meam do uobis; non quomodo mundus dat./ ego do uobis; non turbetur cor uestrum./ neque formidet; audistis quia ego dixi uobis./ uado et uenio ad uos; si diligeretis me./ gauderetis utique quia uado ad patrem. quia pater maior me est; et nunc dixi uobis priusquam fiat./ ut cum factum fuerit credatis; iam non multa loquar uobis-

Fol. 126 b. cum; uenit enim princeps mundi huius./ et in me non habet quicquid;[4] sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem./ et sicut mandatum dedit mihi pater./ sic facio;

[4] V. quidquam.

**offertorium**

Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo quod est in ierusalem tibi offerent reges munera alleluia

**secreta**

Munera domine quęsumus oblata sanctifica et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. per. in uni*tate.*

U. D. per christum. qui ascendens ut supra Communicantes. Hac igitur ut supra.

**communio**

Factus est repente de celo sonus tanquam aduenientis spiritus uehementis ubi erant sedentes alleluia et repleti sunt omnes spiritu loquentes magnalia dei alleluia alleluia.

Sancti spiritus domine corda nostra mundet infussio. et sui roris intima aspersione fecundet. per. in unitate. euisdem.

Fol. 127 a.

## uiii. kal feb. conuersio sancti pauli apostoli ad fidem

S. Lętemur omnes in domino hodiernum diem sollemniter celebrantes. quam beatus paulus conuersione sua per omnem mundum decorauit.

P. **Psalmus** Prostratus est seuissimus persecutor et erectus est fidelissimus persecutor.

**oratio**

Deus qui uniuersum mundum beati pauli predicatione docuisti./ da nobis quęsumus ut qui eius hodie conuersionem colimus per eius ad te exempla gradiamur. per.

Act. ix. 1-22.

**lectio actuum apostolorum**

[1]In diebus illis[1]./ saulus[2] adhuc spirans[3] minarum et cedis in discipulos domini abiit[a] ad principem sacerdotum. et petiit ab eo epistolas[4] in damascum ad[5] sinagogas[6]./ ut si quos inue-

[1-1] A. V. *om.*
[2] A. V. + autem.
[3] A. aspirans. [a] V. accessit.
[4] A. epistulas. [5] A. in.
[6] A. V. synagogas.

nisset huius uię uiros ac mulieres uinctos perduceret[7] ierusalem; et cum iter faceret✓ contigit ut appropinquaret[8] damasco; et subito circumfulsit eum lux de celo✓ et cadens in terram audiuit uocem dicentem sibi; saule saule✓ quid me persequeris? qui dixit quis es domine? et ille; ego sum ihesus nazarenus[9]✓ quem tu persequeris.[10] [11] durum est tibi contra stimulum calcitrare; et tremens ac stupens dixit; domine✓ quid me uis facere. et dominus ad illum;[11] surge et ingredere ciuitatem✓ et dicetur tibi quid te oporteat[12] facere; uiri autem illi qui comitabantur. cum eo✓ stabant stupefacti audientes quidem uocem; neminem autem uidentes; surrexit autem saulus de terra✓ apertisque oculis nihil uidebat; ad manus autem illum trahentes introduxerunt damascum✓ et erat[b] tribus diebus non uidens. et non manducabit[13] neque bibit; erat autem quidam discipulus damasci nomine annanias[c]✓ et dixit ad illum in uisu dominus; annania.[d] et[14] ille ait; ecce ego domine; et dominus ad eum;[15] surge[16] et[e] uade in uicum qui uocatur rectus✓ et quęre in domo indę saulum nomine tharsensem.[f] ecce enim orat; et uidit uirum annaniam[g] nomine intro euntem et imponentem[17] sibi manum[18]✓ ut uisum recipiat; respondit autem annanias;[c] domine✓ audiui a multis de uiro hoc quanta mala[h] sanctis tuis fecerit[i] in ierusalem✓ et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum; dixit autem dominus[19] ad[19] eum;[19] uade quoniam uas electionis[20] michi[21] est[9] iste✓ ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis israhel; ego enim ostendam illi✓ quanta oporteat eum pro nomine meo pati; et abiit annanias.[c] et introiuit in domum✓ et imponens[22] ei manus dixit; saule frater✓ dominus[23] missit[24] me ihesus[e] qui apparuit tibi in uia qua ueniebas ut uideas. et implearis spiritu sancto; et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam[25] scamę[26]✓ et uisum recepit; et surgens baptizatus est; et cum accepisset cibum✓ confortatus est; fuit autem cum discipulis qui erant damasci✓ per dies aliquot;[27] et continuo in sinagogis[28] predicabat ihesum✓ quoniam hic est filius dei; stupebant autem omnes qui eum audiebant✓

Fol. 127 b.
[7] A. V. + in.
[8] A. adpropinquaret.
[9] A. V. *om.*
[10] A. + sed. [11.11] A. *om.*
[12] A. oportet.
Fol. 128 a.
[b] V. + ibi.
[13] A. V. manducavit.
[c] V. Ananias.
[d] V. Anania.
[14] A. V. at.
[15] A. illum. [16] A. surgens.
[e] A. *om.*
[f] V. Tarsensem.
[g] V. Ananiam.
[17] A. inponentem.
[18] A. V. manus.
[h] V. + fecerit. [i] V. *om.*
Fol. 128 b.
[19] A. V. ad eum dominus.
[20] A. V. + est.
[21] A. V. mihi.
[22] A. inponens.
[23] A. + ihesus.
[24] A. V. misit.
[25] A. tamquam.
[26] A. V. squamæ.
[27] A. aliquos.
[28] A. V. synagogis.
Fol. 129 a.

et dicebant; nonne hic est qui expugnabat in ierusalem eos qui inuocabant nomen istud. et huic[29] ad hoc uenit. ut uinctos illos duceret ad principes sacerdotum? saulus autum multo magis conualescebat. et confundebat iudeos. qui habitabant damasci·⁄ affirmans[30]·⁄ quoniam hic est christus.

[29] A. V. huc.

[30] A. adfirmans.

P.

Domine peruenisti
ꝟ Uitam. Alleluia
ꝟ Posuisti adiutorium. Require in natale unius *confessoris.*
**tractus** Tu es uas electionis sancte paule apostole uere digne es glorificandus
ꝟ Predicator ueritatis et doctor gentium in fide et ueritate.
ꝟ Per te omnes gentes cognouerunt gratiam dei.
ꝟ Intercede pro nobis ad deum qui te elegit.

Mat. xix. 27, 29.

### secundum matheum

[1] In illo tempore·⁄ dixit simon petrus ad ihesum;[1] ecce nos reliquimus omnia·⁄ et secuti sumus te; quid ergo erit nobis? ihesus autem·⁄ ait[2] illis; amen dico uobis. quod uos qui secuti estis me. in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę·⁄ sedebitis et uos super sedes. XII. iudicantes. XII. tribus israhel; et omnis qui reliquerit domum. aut[3] fratres aut sorores. aut patrem aut matrem. aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum·⁄ centuplum accipiet·⁄ et uitam ęternam possidebit.

[1.1] A. V. Tunc respondens Petrus dixit ei.

Fol. 129 b.

[2] A. V. dixit.

[3] A. V. vel.

P.

### offertorium

Posuisti domine super caput eius *coronam* de *pretioso.*

### secreta

Apostoli tui pauli precibus domine plebis tuę dona sanctifica·⁄ ut que tibi grata tuo. sunt instituto gratiora fiant patrocinio supplicandis. per.

### communio

Amen dico uobis qui reliquistis omnia et secuti estis me centuplum accipietis et uitam ęternam possidebitis

Fol. 130 a.

S.

### postcommunio

Salutari refecti misterio quesumus omnipotens deus. ut qui hunc diem in beati pauli apostoli tui conuersione honorabilem haberi uoluisti. nos quoque conuersos a uitíís in tua facias semper seruitute gratulari. per

**kalendis februariis sanctę brigidę uirginis.** P. [Ros. fol. 80.]

Gaudeamus. omnes.

**oratio**

Celorum atque terrarum conditor et gubernator omnipotens deus. precanti populo succurre tua pietate et presta ut qui in honore sanctę brigidę presentem diei huius gerimus sollennitatem per ipsius suffragia perhenni misericordia tua potiamur. per. P. *Ib.*

Eclesię tue quesumus domine preces et hostias beatæ brigidę commendet oratio. ut qui pro illius meritis maiestatem tuam indefessa atque exorabilem humiliter imploramus. cuius precibus adiuti misericordiam tuam sentiamus per. P. *Ib.* Fol. 130 b.

**postcommunio** P. *Ib.*

Adiuuent nos quesumus domine hec misteria sancta que sumpsimus. et beatę uirginis tuæ brigitæ intercessio ueneranda. per dominum nostrum.,

Incipit ordo in purificatione sanctę marię. postquam fratres exierint a capitulo pulsentur tunc signa sicut mos est. et induant se sacris uestibus sicut soliti sunt facere in festiuis diebus. et sic ueniendum est ante altare sanctę marię. ibique prosternantur tapetæ. et desuper ponantur candele.' benedicanturque cum magna ueneratione ab episcopo uel decano uel ab ebdomadario hoc modo. [In Purificatione B. V. M.]

Benedic domine ihesu christe hanc creaturam cerę supplicantibus nobis et infunde ei per uirtutem sanctę crucis benedictionem celestem. ut qui eam ad repellandas tenebras humano usui tribuisti talem signaculo sanctę crucis tuę fortitudinem et benedictionem accipiat ut quibuscunque locis accensa siue posita fuerit. discedat diabolus et contremescat et fugiat pallidus cum omnibus ministris suis de habitationibus illis. nec pręsumat amplius inquietare. seruientes tibi qui cum deo patre et spiritu sancto uiuis et regnas deus. per. *secula.* S. Fol. 131 a.

**oratio**

Domine sancte pater omnipotens ęterne deus qui omnia ex nihilo creasti et iussu tuo per opera apium hunc liquorem ad perfectionem cerei euenire fecisti. et qui hodierna die petitionem iusti simeonis implesti. te humiliter deprecamur ut has candelas ad usus hominum et sanitatem corporum et animarum siue in terra siue in aquis per inuocationem sanctissimi nominis tui et per intercessionem sanctę marię Fol. 131 b.

semper uirginis cuius hodie festa deuote celebrantur. et per preces omnium sanctorum tuorum benedicere et sanctificare digneris et huius plebis tuę que illas honorifice in manibus desiderat portare. teque laudando exultare. exaudias uoces de celo sancto tuo et de sede maiestatis tuę. et propitius sis omnibus clamantibus ad te quos redemisti pretioso sangine filii tui. qui tecum.

R. **antifona** Lumen ad reuelationem gentium et gloriam plebis tuę israhel.

R. **Psalmus** Nunc dimittis. *seruum.*

Fol. 132 a. **ad proces[sionem]** Aue gratia dei genitrix uirgŏ ex te

P. enim ortus est sol iustitię illuminans que in tenebris sunt letare tu senior iuste suscipiens in ulnas liberatorem animarum donantem nobis et resurrectionem.

R. **antifona** Adorna talamum tuum sion et suscipe regem christum amplectere mariam que est celestis porta regem glorię nouo lumine subsistit uirgo adducens in manibus filium ante luciferum. quem accipiens simeon in ulnas suas predicauit populis dominum eum esse uite et mortis et saluatorem mundi

**oratio**

S. Domine deus pater omnipotens. lumen indeficiens. qui es conditor omnium bene ✠ dic hoc lumen tuum a fidelibus in honorem tui nominis portandum. quatinus a te sanctificatum sit

Fol. 132 b. atque benedictum et ut lumine claritatis tuę accendamur et illuminemur propitius concedere digneris et ueluti eodem igne quo quondam illuminasti moysen famulum tuum ita illumines corda nostra et sensus nostros ut ad uissionem ęternę claritatis peruenire mereamur. per.

**oratio**

R. Exaudi quesumus domine plebem tuam et que. extrinsecus annua tribuis deuotione uenerari interius assequi gratię tuę luce concede. per.

## iiii n feb. purificatio sanctae marie

Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui secundum nomen tuum deus ita laus tua in fines terrę iustitia plena est dextera tua.

**psalmus** Magnus.

Omnipotens sempiterne deus maiestatem

Fol. 133 a. tuam supplices exoramus. ut sicut unigenitus tuus hodierna die cum nostrę carnis substantia in templo est pręsentatus ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. per.

### lectio malachie profete. — Mal. iii. 1-4.

[1] Hec dicit dominus deus;[1] ecce ego mitto — [1-1] V. *om.*
angelum meum✓ et preparabit uiam ante
faciem tuam;[2] et statim ueniet ad templum — [2] V. meam.
sanctum[3] suum dominator quem uos queritis✓ — [3] V. *om.*
et angelus testamenti quem uos uultis; ecce
uenit[4] dominus exercituum✓ et quis poterit — [4] V. + dicit.
cogitare diem aduentus eius? et quis stabit
ad uidendum eum? ipse enim quasi ignis con-
flans✓ et quasi herba fullonum; et sedebit con-
flans et emundans argentum✓ et purgabit filios
leui; et conflabit[5] eos quasi aurum et quasi — [5] V. colabit.
argentum et erunt domino offerentes sacrificia — Fol. 133 b.
in iustitia; et placebit domino sacrificium iuda
et ierusalem sicut dies seculi✓ et sicut anni
antiqui;[1] dicit dominus✓ omnipotens;[1]

**gradale** Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui secundum nomen tuum domine ita et laus tua in fines terre.

**v** Sicut audiuimus ita et uidimus in ciuitate dei nostri. Alleluia.

**v** Hodie oblatus est in templo uirginis filius cuius diuinitatem omnis non capit orbis. — P.

**tractus** Gaude maria uirgo cunctas heresses sola interemisti. — P.

**v** Que gabrielis archangeli dictis credidisti. — P.

**v** Dum uirgo domini et hominem genuisti. et post partum uirgo inuiolata permansisti — P.

**v** Dei genitrix *intercede* pro. — P.

### secundum lucam — Luc. ii. 22-32.

[1] In illo tempore[1]✓ postquam impleti sunt — [1-1] A. V. et.
dies purgationis marie[2] secundum legem moy- — Fol. 134 a. — [2] A. V. eius.
si[3]✓ tulerunt ihesum[4] in ierusalem ut sisterent — [3] A. Mosi. — [4] A. V. illum.
eum domino. sicut scriptum est in lege domini
quia omne masculum adaperiens uuluam sanc-
tum domino uocabitur. et ut darent hostiam
secundum quod dictum est in lege domini.[5] par — [5] A. *om.*
turturum aut duos pullos columbarum; et ecce
homo erat in ierusalem cui nomen simeon[6]✓ — [6] A. Symeon.
et homo[7] iustus et timoratus expectans conso- — [7] A. V. + iste.
lationem israhel; et spiritus sanctus erat in eo;
et responsum acceperat a[8] spiritu sancto. non — [8] A. ab.
uisurum se mortem✓ nisi prius uideret christum
domini; et uenit in spiritu in templum; et cum
inducerent puerum ihesum parentes eius ut
facerent secundum consuetudinem legis pro
eo✓ et ipse accepit eum in ulnas suas et bene-
dixit deum et dixit; nunc dimittis seruum tuum — Fol. 134 b.
domine secundum uerbum tuum in pace✓ quia
uiderunt oculi mei salutare tuum quod parasti

ante faciem omnium populorum. lumen ad reuelationem gentium✓ et gloriam plebis tuę israhel;

**offertorium**

Diffussa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. et in seculum *seculi.*

**secreta**

Presta quesumus domine. ut sicut hodierna munera ueneranda filii tui oblatione consecrantur. sic ipsius gloriosę genitricis precibus sempiterni luminis nobis claritas conferatur. per eundem

U. D. eterne deus✓ et te in ueneratione [1]sacrarum uirginum exultantibus animis laudare benedicere. et predicare intra quas intemerata dei genitrix uirgŏ maria. cuius purificationis diem celebramus gloriosa effulsit;[1] que et unigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit. et uirginitatis gloria permanente huic mundo lumen in ęternum effudit. ihesum christum dominum nostrum. per quem

[1.1] purificatione b. M. semper V. collaudare benedicere et prędicare. R.

[1.1] purificatione b. et gloriosæ semper V. M. exsultantibus animis laudare benedicere et prædicere. S.

Fol. 135 a.

**communio**

Responsum accepit simeon a spiritu sancto non uisum se mortem nisi uideret christum deum.

**postcommunio**

P.

Da nobis misericors deus eius presenti festiuitate uegetari. cuius integra uirginitate suscepimus auctorem nostre salutis. per.

## xui kal. ap. in natal[e] sancti Patricii. episcopi.[1]

[1] See Introd. p. 46.

P.
[Ros. fol. 88.]

Deus qui sanctum patricium scotorum apostolum tua prouidentia elegisti ut hibernenses gentes in tenebris et in errore gentilitatis errantes. ad uerum dei lumen scientie reduceret. et per lauacrum regenerationis filios excelsi dei efficeret tribue nobis quesumus eius píís intercessionibus ut ad ea que recta quantocius festinemus. per.

Fol. 135 b.

**secreta**

P. *Ib.*

Hostias tibi quas in honore sancti patricíí offerimus deuotas accipias ut uos a timore iudicíí liberemur.[1] per.

[1] The memoirs of St. Patrick in the Book of Armagh speak of his "conductio omnium SS. Hiberniæ in die judicii." The Hymns of St. Sechnall (line 92), and of St. Fiacc (line 52) refer to the same tradition.

**postcommunio**

P. *Ib.*

Omnipotentem deum uniuersitatis auctorem suppliciter exoramus ut qui spirituale sacrificium in honorem sancti patricii offerimus. fiat nobis remedium sempiternum. per.

## viii. kal. ap. annunciatio sanctę marię

Rorate celi desuper et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet saluatorem — S.

**psalmus** Et iustitia oriatur simul ego dominus creaui eum — S.

### oratio

Deus qui de beatæ mariæ uirginis utero uerbum tuum angelo nuntiante carnem suscipere uoluisti✓ presta supplicibus tuis ut qui uere eam genitricem dei credimus eius apud te intercessionibus adiuuemur. per eundem — Fol. 136 a.

### lectio isaię profetę — Is. vii. 10-15.

[1] In diebus illis✓ locutus est[1] dominus ad achaz dicens; pete tibi signum a domino deo tuo in profundum inferni✓ siue in excelsum supra; et dixit achaz; non petam✓ et non temptabo[2] dominum; et dixit; audite ergo domus dauid; numquid parum uobis est molestos esse hominibus. quia molesti estis et deo meo? propter hoc dabit dominus ipse uobis signum; ecce uirgo concipiet in[3] utero[3] et pariet filium✓ et uocabitur nomen eius emanuel;[4] butirum[5] et mel comedet✓ ut sciat reprobare malum et eligere bonum; — Fol. 136 b.

[1.1] V. Et adjecit Dominus loqui.
[2] V. tentabo.
[3] V. *om.*
[4] V. Emmanuel.
[5] V. butyrum.

**gradale** In sole posuit. — P.

**v** A summo celo. — P.

**tractus** Aue maria gratia plena dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus uentris tui.

**v** Ecce concipies et paries filium et uocabis nomen eius emanuel. Quomodo fiet istud quoniam uirum non cognosco et respondens angelus intulit[1] ei. — P.

[1] V. A. dixit.

**v** Spiritus sanctus superueniet in te et uirtus altissimi obumbrabit tibi — S.

**v** Ideoque quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei — S.

### secundum lucam. — Luc. i. 26-38.

[1] In illo tempore[1]✓ missus est gabriel[a] angelus[a] a deo in ciuitatem galileę. cui nomen nazareth✓ ad uirginem disponsatam[2] uiro. cui nomen erat ioseph de domu[3] dauid; et nomen uirginis maria; et ingressus angelus ad eam✓ dixit. aue[4] gratia plena✓ dominus tecum; benedicta tu in mulieribus; que cum audisset✓ turbata est in sermone eius. et cogitabat qualis esset ista salutatio; et ait angelus ei. ne timeas maria✓ inuenisti enim gratiam apud deum; ecce concipies in utero et paries filium✓ et uocabis nomen eius ihesum; hic erit magnus✓ et filius altissimi uocabitur; et dabit illi domi- — Fol. 137 a.

[1.1] A. V. In mense autem sexto. [a] V. *transposes.*
[2] A. V. desponsatam.
[3] A. V. domo.
[4] A. have.

nus deus sedem dauid patris sui[5] .⁄ et regnabit in domo iacob in çternum. et regni eius non erit finis. dixit autem maria ad angelum; quomodo fiet istud quoniam uirum non cognosco? et respondens angelus .⁄ dixit ei; spiritus sanctus superueniet in te et uirtus altissimi obumbrauit[6] tibi; ideoque et quod nascetur ex te sanctum .⁄ uocabitur filius dei; et ecce elizabeth[7] cognata tua .⁄ et ipsa concepit filium in senectute[8] sua; et hic mensis est sextus illi que uocatur sterilis[9] .⁄ quia non erit impossibile apud deum omne uerbum; dixit autem maria; ecce ancilla domini; fiat mihi .⁄ secundum uerbum tuum.

[5] A. V. ejus.
[6] A. V. obumbrabit.
Fol. 137 b.
[7] A. Elisabet.
[8] A. senecta.
[9] A. sterelis.

### offertorium

Aue maria gratia plena dominus tecum

### secreta

In mentibus nostris quesumus domine uerç fidei sacramenta confirma ut qui conceptum de uirgine deum uerum et hominem confitemur. per eius salutiferç resurrectionis[1] potentiam ad eternam peruenire mereamur.[2] per eundem

[1] S. incarnationis.
[2] R. S. + lætitiam.

### communio

Ecce uirgo *concipiet.*

### postcommunio

Gratiam tuam quçsumus domine mentibus nostris infunde. ut qui angelo nuntiante christi filii tui incarnationem cognouimus. per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. per eundem

Fol. 138 a.

## u nonas mai. inuentio sanctç crucis

Nos autem gloriari.
Psalmus Deus misereatur.

Deus qui in preclara salutiferç crucis inuentione passionis tuç miracula suscitasti .⁄ concede ut uitalis ligni pretio çternç uitæ suffragia consequamur. qui *uiuis.*

### ad gal[atas]

Fratres[1] .⁄ confido de[2] uobis in domino .⁄ quod nihil alud sapietis; qui autem conturbat uos .⁄ portabit[3] iudicium quicunque est ille; ego autem fratres si circumcissionem[4] adhuc[5] predico? quid adhuc persecutionem patior? ergo euacuatum est scandalum crucis; utinam[a] abscidantur[6] .⁄ qui uos conturbant; quicunque[b] uolunt placere in carne .⁄ hi[7] cogunt uos cir-

S.
Gal. v. 10-12-vi. 12-14.
[1] A. V. ego.
[2] A. *om.* V. in.
[3] A. portavit.
[4] A. V. circumcisionem.
[5] A. athuc.
Fol. 138 b. [a] V. + et.
[6] A. abscindantur.
[b] V. + enim. [7] A. hii.

cumcidi tantum ut crucis christi persecutionem non patiantur; neque enim qui circumciduntur legem custodiunt✓ et[8] uolunt uos circumcidi. ut in carne uestra glorientur;[9] mihi autem absit gloriari; nisi in cruce domini nostri ihesu christi. per quem mihi mundus crucifixus est✓ et ego mundo.

[8] A. V. sed.
[9] A. V. glorientur.

**gradale** Christus factus. — P.
**v** Propter quod et deus ex*altauit*. Alleluia. — P.
**v** Nos autem *gloriari*. — P.

## secundum iohannem.

Joh. iii. 1-15.

[1]In illo tempore[1]✓ erat[2] homo ex phariseis nicodemus nomine✓ princeps iudeorum; hic uenit ad ihesum[3] nocte✓ et dixit ei; rabbi. scimus quia a deo uenisti magister. nemo enim potest hec signa facere que tu facis✓ nisi fuerit deus cum eo; respondit ihesus✓ et dixit ei; amen amen dico tibi nisi quis natus fuerit denuo. non potest introire[4] regnum dei. dicit ad eum nicodemus; quomodo potest homo nasci cum sit[5] senex?[5] nunquid[6] potest in uentrem matris suę iterum[7] introire et nasci?[a] respondit ihesus amen amen dico tibi✓ nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu.[b] non potest introire in regnum dei; quod natum est ex carne✓ caro est; et quod natum est ex spiritu✓ spiritus est; non mireris quia dixi tibi✓ oportet nos nasci denuo; spiritus ubi uult spirat✓ et uocem eius audis; sed nescis unde ueniat✓ et[c] quo uadat. sic est omnis✓ qui natus est ex spiritu; respondit nicodemus✓ et dixit ei;[8] tu es magister in israhel et hec ignoras? amen amen dico tibi✓ quia quod scimus loquimur et quod uidimus testamur et testimonium nostrum non accipitis; si terrena dixi uobis et non creditis✓ quomodo si dixero uobis celestia credetis? et nemo ascendit in celum✓ nisi qui descendit de celo. filius hominis qui est in celo; et sicut moyses[9] exaltauit serpentem in deserto✓ ita exaltari oportet filium hominis ut omnis qui credit in ipsum[10] non pereat✓ sed habeat uitam ęternam.,

[1-1] A. V. *om.*
[2] A. V. + autem.
[3] A. eum.
Fol. 139 a.
[4] A. V. videre.
[5] A. *transposes.*
[6] A. V. numquid.
[7] A. V. iterato.
[a] V. renasci.
[b] V. + sancto.
[c] V. aut.
[8] A. V. + quomodo possunt hæc fieri? respondit Iesus et dixit ei.
Fol. 139 b.
[9] A. Moses.
[10] A. ipso.

## offertorium

P.

Ueniens uir splendidissimus ad constantinum regem nocte excitauit eum dicens respice in celum et uide regnum crucis domini per quod accipiens uirtutem et fortitudidem. Uiso autem signo rex fecit similitudinem crucis quam uiderat in celum et glorificauit deum. alleluia

**secreta**

Fol. 140 a.

Sacrificium domine quod immolamus placatus intende. ut ab omni nos exuat bellorum nequitia. et per uexillum sanctę crucis filii tui ad conterendas potestatis aduersæ insidias nos in tuę protectionis securitate constituat. per eundem.

**communio**

S.
[1] S. seduxit.

Per lignum serui facti sumus et per sanctam crucem liberati sumus fructus arboris reduxit[1] nos filius dei redemit nos alleluia.

**postcommunio**

Repleti alimonia celesti et spirituali poculo recreati quesumus omnipotens deus. ut ab hoste maligno defendas quos per lignum sanctę crucis.[1] mundum[2] triumphare iussisti. per.

[1] S. R. + Filii tui arma justitiæ pro salute mundi.
[2] S. R. *om.*

## ix. k[a]l iulii. uigilia sancti iohannis baptiza.

Ne timeas zacharias exaudita est oratio tua et elizabeth uxor tua pariet tibi filium. et uocabis nomen eius iohannem. et erit magnus coram domino et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suę. et multi in natiuitate eius gaudebunt.

Fol. 140 b.

**Psalmus** Apparuit autem angelus zacharię stans a dextris incensi et ait illi

**oratio**

Presta quesumus omnipotens deus. ut familia tua per uiam salutis incedat et beati iohannis precursoris hortamenta sectando. ad eum quem prędixit secura perueniat. per.

**lectio ieremię profetę**

Jer. i. 4-10.
[1.1] V. et.

[1] In diebus illis[1] ✓ factum est uerbum domini ad me dicens; priusquam te formarem in utero noui te ✓ et antequam exires de uulua sanctificaui te. et prophetam in gentibus dedi te. et dixi; a. a. a. domine deus; ecce nescio loqui ✓ quia puer ego sum; et dixit dominus ad me; noli dicere quia[2] puer sum ✓ quoniam ad omnia que mittam te ibis. et uniuersa que mandauero tibi loqueris; ne timeas a facie eorum ✓ quia tecum ego sum ut eruam te dicit dominus; et misit dominus manum suam et tetigit os meum; et dixit dominus ad me; ecce dedi uerba mea in ore tuo ✓ ecce constitui te hodie super gentes et super regna ut euellas et destruas. et disperdas. et dissipes. et edifices et plantes.[3] ait dominus omnipotens;[3]

[2] V. *om.*
Fol. 141 a.
[3.3] V. *om.*

**gradale** Fuit homo missus a deo cui nomen erat iohannes hic uenit

**b** Ut testimonium perhiberet de lumine: parare domino plebem perfectam

**Initium sancti euangelii secundum lucam.** Luc. i. 5-17.

Fuit in diebus herodis regis iudeę sacerdos quidam nomine zacharias de uice abia: et uxor illius[1] de filiabus aaron. et nomen eius elizabeth;[2] erant autem ambo iusti ante deum: incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querela;[3] et non erat illis filius: eo quod esset elizabet sterilis.[4] et ambo processissent in diebus suis; factum est autem: cum sacerdotis fungeretur zacharias[a] in ordine uicis suę ante deum: secundum consuetidinem sacerdotíí sorte[5] exíít ut incensum poneret. ingressus in templum domini; et omnis multitudo erat[b] populi[b] orans foris: hora incensi; apparuit autem illi angelus domini: stans a dextris uirtutis[6] incensi; et stacharias[7] turbatus est uidens: et timor irruit[8] super eum; ait autem ad illum angelus; ne timeas zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua. et uxor tua elizabeth pariet tibi filium: et uocabis nomen eius iohannem;[c] et erit gaudium tibi et exultatio: et multi in natiuitate eius gaudebunt; erit enim magnus coram domino: et uinum et siceram[9] non bibet; et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suę; et multos filiorum israhel conuertet ad dominum deum ipsorum: et ipse precedet ante illum in spiritu et uirtute heliæ[d] ut conuertat corda patrum in filios. et credulos ad prudentiam iustorum parare domino plebem perfectam.

Fol. 141 b. Fol. 142 a.

[1] A. illi.
[2] A. Elizabet.
[3] A. querella.
[4] A. sterilis.
[a] A. V. *om.*
[5] A. forte.
[b] V. *transposes.*
[6] A. V. altaris.
[7] A. V. Zacharias.
[8] A. inruit.
[c] V. Ioannem.
[9] A. sicera.
[d] V. Eliæ.

**offertorium**

Gloria et honore coronasti eum *domine* et eum

**secreta**

Da quesumus omnipotens deus. ut sicut beatus iohannes baptiza astruxit agnus ille tuus qui presentibus misteriis declaratur est peccata peccata nostra semper emundet. qui. S.

**communio**

Magna est *gloria.*

Beati iohannis baptizę nos domine preclara comitetur oratio. et quem uenturum esse predixit poscat nobis fore placatum. ihesum christum *dominum nostrum.* Fol. 142 b.

## in die sancto iohannis

De uentre matris meę uocauit me dominus nomine meo et posuit os meum ut gladium acutum sub tegumento manus suę protexit me. possuit me quasi sagittam electam

P.

**Psalmus** Missit dominus manum suam et tetigit os *meum*

### oratio

Deus qui presentem diem honorabilem nobis in beati iohannis natiuitate fecisti ✓ da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum et omnium fidelium mentes dirige in uiam salutis ęternę. per.

Is. xlix. 1-7 (with portions omitted). Fol. 143 a.

### lectio isaię profetę.

Audite insulę et attendite populi de longe; dominus ab utero uocauit me. de uentre matris meę recordatus est nominis mei; et possuit os meum quasi gladium acutum ✓ in umbra manus suę protexit me. et posuit me quasi[1] sagittam electam; in pharetra sua abscondit me ✓ et dixit mihi; seruus meus es tu israhel ✓ quia in te gloriabor. et nunc hec dicit dominus ✓ formans me ex utero seruum sibi; dedi te in lucem gentium ✓ ut sis salus mea usque ad extremum terrę. reges uidebunt et consurgent principes ✓ et adorabunt[2] dominum[3] deum[4] tuum[4] ✓ et sanctum israhel qui elegit te.

[1] V. sicut.
[2] V. + propter.
[3] V. + quia fidelis est.
[4] V. *om.*

Fol. 143 b.

**gradale** Priusquam te formarem in utero noui te et antequam exires de uentre sanctificaui te.

ꝟ Misit dominus manum suam et tetigit ós meum et dixit mihi. Alleluia.

S.

ꝟ Inter natos mulierum non surrexit maior iohanne baptiza. Alleluia.

P.

ꝟ Fuit homo missus a deo cui nomen iohannes erat.

Luc. i. 57-68.

### secundum lucam.

[1]In illo tempore[1] ✓ elizabet[2] impletum est tempus pariendi ✓ et peperit filium; et audierunt uicini et cognati eius. quia magnificauit dominus misericordiam suam eum illa ✓ et congratulabantur ei; et factum est in die octauo uenerunt. circumcidere puerum ✓ et uocabant[3] eum nomine patris sui[4] zachariam; et respondens mater eius. dixit nequaquam ✓ sed uocabitur iohannes;[a] et dixerunt ad illam ✓ quia nemo est in cognatione tua ✓ qui uocetur hoc nomine; innuebant autem patri eius. quem uellet uocari eum; et postulans pugillarem[5] ✓ scripsit dicens; iohannes[a] est nomen eius; et mirati sunt uniuersi. apertum est autem ilico[6]

[1.1] A. V. *om.*
[2] A. V. + autem.
[3] A. vocant.
[4] A. eius.
[a] V. Ioannes.

Fol. 144 a.

[5] A. pugilarem.
[6] V. illico.

ós eius et lingă eius. et loquebatur benedicens deum. et factus est timor super omnes uicinos eorum ✓ et super omnia montana iudeę diuulgabuntur[7] omnia uerba hec; et posuerunt omnes qui audierant in corde suo dicentes; quis putas puer iste erit? etenim manus domini erat cum illo; et zacharias pater illius[8] impletus[9] est spiritu sancto ✓ et prophetauit dicens; benedictus dominus deus israhel ✓ qui[10] uisitauit ✓ et fecit redemptionem plebis[11] suę;

[7] A. V. divulgabantur.
[8] A. V. eius.
[9] V. repletus.
[10] V. quia.
[11] A. plebi.

**offertorium**

Iustus ut palma florebit sicut *cedrus libani multiplicabitur.*

**secreta** Fol. 144 b.

Tua domine muneribus altaria cumulamus. illius natiuitatem honore debito uenerantes. et opem nobis afore deprecantes. qui saluatorem mundi et cecinit affuturum et adesse monstrauit ihesum christum d*ominum nostrum.*

**communio**

Tu puer propheta altissimi uocaberis preibis enim ante faciem domini parare uias eius.

Sumat ęclesia tua deus beati iohannis baptizę generatione lętitiam. per quem suę regenerationis cognouit auctorem. ihesum christum. *filium tuum*

## .iiii. k[a]l iulii. uigilia sanctorum apostolorum. petri et pauli

Dicit dominus petro cum esses iunior cingebas te et ambulabas ubi uolebas cum autem senueris extendes manus tuas. et alius te cinget et ducet quo tu non uis hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset deum. Fol. 145 a.

**psalmus** Si diligis me simon petre ! pasce oues meas. P.

**oratio**

Deus qui nos beatorum apostolorum petri et pauli gloriosa natalicia preuenire concedis ✓ tribue quęsumus eorum nos semper et beneficiis pręueniri. et orationibus adiuuari. per.

**lectio actuum apostolorum** Act. iii. 1-10.

[1] In diebus illis[1] ✓ petrus[2] et iohannes[a] ascendebant in templum ✓ ad horam orationis nonam; et quidam uir qui erat claudus ex utero matris suę baiulabatur ✓ quem ponebant cotidie[b] ad portam templi que dicitur speciosa ut peteret elemoysinam[3] ab introeuntibus in templum; is cum uidisset petrum et iohannem[c] incipientes introire in templum[4 5] ✓ ut elimoysinam[3] acci-

[1] A. V. *om.*
[2] A. V. + autem.
[a] V. Ioannes.
[b] V. quotidie.
[3] A. elemosynam. V. eleemosynam.
Fol. 145 b.
[c] V. Ioannem. [4] A. templo.
[5] A. V. + rogabat.

[d] V. Ioanne.
[6] A. + tibi.
[e] V. *transposes.* [7] A. dabo.
[8] A. *om.*
[9] A. adprehensa. [10] A. ei.
[11] A. adlevavit.
[12] A. V. bases.
[13] A. V. *om.*
[14] A. V. + eum.
[15] A. V. illum.
Fol. 146 a.
[16] A. V. impleti.
[17] A. V. extasi.

peret; intuens autem in eum petrus cum iohanne[d] ✓ dixit. respice in nos. at ille intendebat in eos ✓ sperans se aliquid accepturum ab eis; petrus autem dixit; argentum et aurum non est mihi ✓ quod autem habeo hoc[6] do[e 7] tibi;[e 8] in nomine ihesu christi nazareni ✓ surgĕ et ambula; et apprehensa[9] eius[10 e] manu[e] dextera alleuauit[11] eum ✓ et protinus consolidatę. sunt basses[12] eius et plantæ; et exiliens stetit ✓ et ambulabat. et intrauit cum illis in templum ✓ ambulans et exiliens et laudans deum; et uidit eum[13] omnis populus[14] ambulantem et laudantem deum; cognoscebant autem eum[15] ✓ quoniam ipse erat qui ad elemoysinam[3] sedebat ad speciosam portam templi; et repleti[16] sunt stupore et extassi[17] ✓ in eo quod contigerat illi.

**gradale** In omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terrę uerba eorum.

**v** Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentum.

Joh. xxi. 15-19.
[1-1] A. V. Cum ergo prandissent dicit Simoni Petro Jesus.
[b] V. Ioannis.
[c-c] A. V. *om.*
[2] A. V. + dicit ei iterum Simon Johannis diligis me? ait illi. etiam domine tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos.
[3] A. *om.* [4] V. nosti.
Fol. 146 b.
[5] A. *om.*

## secundum iohannem.

[1] In illo tempore ✓ dixit ihesus petro;[1] simon iohannis[b] diligis me plus his? dicit ei. etiam domine ✓ tu scis quia amo te; [c]dicit ei; etiam domine ✓ tu scis quia amo te;[c] dicit ei. pasce agnos meos;[2] dicit ei tertio simon iohannis amas me? contristatus est petrus quia dixit ei tertio; amas me ✓ et[3] dicit ei; domine. tu omnia scis[4] ✓ tu scis. quia amo te; dicit ei; pasce oues meas. amen amen dico tibi ✓ cum esses iunior cingebas te ✓ et ambulabas ubi uolebas; cum autem senueris ✓ extendes manus tuas. et alius te cinget. et ducet quo tu[5] non uis; hoc autem dixit ✓ significans ✓ qua morte clarificaturus esset deum;

## offertorium

Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum.

## secreta

S.

Munera domine tuę propitiationi deferimus. quę tibi pro nostris grata ieiuniis eorum quesumus deprecatio quorum solennia preuenimus efficiat per.

## communio

P.
[R. S. in die.]

Tu es petrus et super hanc petram ędi*ficabo* ęc*lesiam meam.*

## postcommunio

S.

Sumpsimus domine diuina misteria beatorum apostolorum petri et pauli desiderata sollennia

recolentes.[1] presta quesumus ut eorum supplicationibus muniamur. quorum regimur principatu. per.

[1] S. præcurrentes.

## Natale sanctorum apostolorum petri et pauli

Fol. 147 a.

Nunc scio uere quia misit dominus angelum suum et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeorum.

**Psalmus** Et petrus ad se reuersus dixit. gloria patri. S.

### oratio.

Deus qui hodiernam diem apostolorum tuorum petri et pauli martirio consecrasti: da ęcclesię tuę eorum in omnibus sequi preceptum. per quos religionis sumpsit exordium. per.

### lectio actuum apostolorum

Act. xii. 1-11.

[1] In diebus illis;[1] misit herodes rex manus: ut affligerent[2] quosdam de ęclesia; occidit autem iacobum fratrem iohannis[a] gladio; uidens autem quia placeret iudeis: apposuit[3] apprehendere[4] et petrum; erant autem dies azimorum;[5] quem cum apprehendisset[6]: missit[7] in carcerem. tradens quatuor[8] quaternionibus militum custodire[b] eum.[c] uolens post pascha producere eum populo; et petrus quidem seruabatur in carcere: oratio autem fiebat sine intermissione ab ęclesia ad deum pro eo; cum autem producturus eum esset herodes: in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites uinctus catenis duabus. et custodes ante hostium[9] custodiebant carcerem. et ecce angelus domini astitit[10]: et lumen refulsit in habitaculo; percussoque latere petri: suscitauit[d] eum dicens; surge uelociter; et ceciderunt catene: de manibus eius; dixit autem angelus ad eum. precinge[11]: et calcia[e] te caligas[12] tuas: et fecit sic; et dixit illi; circunda[13] tibi uestimentum tuum: et sequere me; et exiens sequebatur eum: et nesciebat quia uerum est quod fiebat per angelum; estimabat[14] autem se uisum uidere; transeuntes autem primam et secundam custodiam uenerunt ad portam ferream que ducit ad ciuitatem que ultro aperta est eis; et exeuntes processerunt uicum unum: et continuo discessit angelus ab eo; et petrus ad se reuersus dixit; nunc scio uere quia misit dominus angelum suum: et eripuit me de manu

[1.1] A. V. Eodem autem tempore. [2] A. V. adfligeret. [a] V. Ioannis.
Fol. 147 b. [3] A. adposuit. [4] A. adprehendere. V. ut apprehenderet. [5] A. V. azymorum. [6] A. adprehendisset. [7] A. V. misit. [8] A. quattuor. [b] V. custodiendum. [c] V. *om.*
[9] A. V. ostium. [10] A. adstitit. [d] V. excitavit.
Fol. 148 a.
[11] A. V. præcingere. [e] V. calcea. [12] A. gallicculas. [13] V. circumda.
[14] V. existimabat.

herodis et de omni expectatione ✓ plebis iudeorum;

Fol. 148 b.

Constitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui domine.

ꝟ Pro patribus tuis nati sunt tibi filii propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia.

S.

ꝟ Tu es simon bariona cui caro et sangĭs non reuelauit uerbum patris sed ipse pater qui est in celis

Mat. xvi. 13-19.

## secundum mattheum

[1] In illo tempore [1] ✓ uenit [2] ihesus in partes cesareæ pilippi [3] ✓ et interrogabat discipulos suos dicens; quem dicunt homines esse filium hominis? at illi dixerunt; alii iohannem [4] baptizam [5] ✓ alii autem heliam. [6] alii uero ieremiam aut unum ex prophetis; dicit illis ihesus; [7] uos autem quem me esse dicitis? respondens simon petrus ✓ dixit; tu es christus filius dei uiui; respondens autem ihesus ✓ dixit ei; beatus es simon bariona quia caro et sangĭs non reuelauit tibi. sed pater meus qui in celis est; et ego dico tibi. quia tu es petrus ✓ et super hanc petram ędificabo ęclesiam [8] meam; et portæ inferni [9] non preualebunt aduersus [10] eam; et tibi dabo claues regni celorum. quodcunque ligaueris super terram ✓ erit ligatum et in celis. et quodcunque [11] solueris super terram ✓ erit solutum et in celis;

Fol. 149 a.

1.1 A. V. *om.*
2 A. V. + autem.
3 A. V. Philippi.
4 V. Ioannem.
5 A. V. baptistam.
6 V. Eliam.
7 A. *om.*
8 A. V. ecclesiam.
9 V. inferi.
10 A. adversum.
11 V. quodcumque.

## offertorium

Constitues eos principes super omnem terram. memores erunt nominis tui domine in omni progenie et generatione.

## secreta

Hostias domine quęsumus quas nomini tuo sacrandas offerimus apostolica prosequatur oratio per quam nos et expiari tribuas et defendi. per.

Fol. 149 b.
P.
[R. S. in Vig.]

## communio

Simon iohannis diligis me plus his domine tu omnia nosti tu scis domine quia amo te.

## postcommunio

Quos celesti domine alimento satiasti. apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. per.

# .xi. kal. aug. natale maria magdalenę

P.
Dilexisti iustitiam

S.
Psalmus Eructauit

## oratio

S.
Largire nobis clementissime pater quo sicut

beata maria magdalenę unigenitum tuum super omnia diligendo suorum obtinuit ueniam peccatorum ∴ ita nobis apud misericordiam tuam sempiternam impetret beatitudinem. per dominum. S.

**epis[tola]** P.

O quam pulcra [1] *respice* unius uirg*inis*

[1] Sap. v. 1-7. [The opening words of the Ep. in natali plur. Virg. S.]

**gradale** Dilexisti alleluia. R.

**v** Optimam partem elegit sibi maria que non auferetur ab ea in ęternum. S.

**secundum iohannem** Fol. 150 a.

Joh. xx. 11-18. P.

[1] In illo tempore [1] ∴ maria [2] stabat ad monumentum ∴ foris plorans; dum ergo fleret ∴ inclinauit se et prospexit in monumentum et uidit duos angelos in albis sedentes. unum ad caput et unum ad pedes. ubi positum fuerat corpus ihesu; dicunt ei illi; mulier ∴ quid ploras? dicit eis. quia tulerunt dominum meum ∴ et nescio ubi possuerunt [3] eum; hec cum dixisset ∴ conuersa est retrorsum. et uidit [4] ihesum stantem. et nesciebat [5] quia ihesus est; dicit ei ihesus; mulier ∴ quid ploras? quem queris? illa existimans quia hortulanus esset ∴ dicit ei. domine ∴ si tu sustulisti eum. [6] et ego eum tollam. dicit ei ihesus; maria. conuersa illa ∴ dicit ei; rabboni ∴ quod dicitur magister; dicit ei ihesus; noli me tangere ∴ nondum enim ascendi ad patrem meum; uade autem ad fratres meos ∴ et dic eis; ascendo ad patrem meum et patrem uestrum ∴ ad [7] deum meum et deum uestrum; uenit maria magdalenę annuntians; discipulis ∴ quia uidi dominum ∴ et hec dicit [8] mihi.,

[1.1] A. V. *om.*

[2] A. V. + autem.

[3] A. V. posuerunt.

[4] A. uidet.

[5] V. non sciebat.

[6] A. V. + dicito mihi ubi posuisti eum.

Fol. 150 b.

[7] V. *om.*

[8] A. V. dixit.

**offertorium**

Diffussa est gratia in labis tuis. *propterea benedixit te.* P.

**secreta**

Benedictionem tuam domine his tibi oblatis tribue sacrificíis. et presta ut beata maria magdalenę hoc nobis apud te obtineat. quod ab unigenito tuo obtinuit dum ei mistica obsequia exhibuit. qui. S.

**communio**

Dilexisti iustitiam et odisti nequi*tiam propterea* u*nxit te.* P.

**postcommunio**

Prebeat nobis domine salutarem beatæ marię magdalenę imitatio sancta doctrinam. quatinus illius obtimę partis mereamur esse consortes que non auferetur ab ea. per. S.

Fol. 151 a.

## .iii. id aug. uigilia sancti s[ancti] laurentii.

Dispersit dedit pauperibus et iustitia eius manet in seculum seculi cornu eius exaltabitur in secula.

Psalmus Beatus uir qui *timet.*

**oratio**

S. — Da quesumus omnipotens deus. ut triumphum beati laurentii martiris tui quem despectis ignibus consummauit in terris perpetua celorum luce conspicuum. digno fidei feruore ueneremur. per.

Ecclus. li. 1-12. — **lectio libri sapientię**

Confitebor tibi domine rex:⁄ et collaudabo te deum saluatorem meum; confitebor nomini tuo quoniam adiutor et protector factus es mihi:⁄ et liberasti corpus meum a perditione. a laqueo lingaĕ iniquę. et a labiis operantium mendacium; et in conspectu astantium factus es mihi adiutor:⁄ et liberasti me secundum multitudinem misericordię nominis tui a rugientibus pręparatis ad escam de manibus querentium animam meam et de multis[2] tribulationibus[3] que circundederunt[4] me et a pressura flammæ que circundedit[5] me et in medio ignis non sum estuata;[6] de altitudine uentris inferi:⁄ et a lingă coinquinata. et a uerbo mendacíí:⁄ a rege iniquo et[7] linga[8] iniusta liberasti me; laudabit usque ad mortem anima mea dominum:⁄ et uita mea appropinquans erat in infernum[9] deorsum; circundederunt[4] me undique:⁄ et non erat qui adiuuaret; respicens[10] eram[11] adiutorium meum[12]:⁄ et non erat. memorata[13] sum misericordiæ tuæ domine. et cooperationis[14] tuæ que a seculo sunt:⁄ quoniam eruis sustinentes te. et liberas eos de manu[15] angustię.[16] [17] domine deus noster.[17]

Fol. 151 b.

[2] V. portis.
[3] V. tribulationum.
[4] V. circumdederunt.
[5] V. circumdedit.
[6] V. æstuatus.
[7] V. + a.
[8] V. lingua.

Fol. 152 a.

[9] V. inferno.
[10] V. respiciens.
[11] V. + ad.
[12] V. hominum.
[13] V. memoratus.
[14] V. operationis.
[15] V. manibus.
[16] V. gentium.
[17.17] V. *om.*

gradale Dispersit dedit pauperibus et iustitia eius manet in seculum seculi

ꝟ Potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur.

Si quis uult post me uenire. respice unius martiris[1]

[1] Fol. 176 a.

**offertorium**

Oratio mea munda est et ideo peto ut detur locus uoci meę in celo quia ibi est index meus et conscius meus in ęternum ascendat ad dominum deprecatio mea.

**secreta**

S. — Tanto placibiles tibi quęsumus domine nostrę sunt hostię. quanto sancti martyris laurentíí

pro cuius sollennitate exhibentur tibi grata sunt merita. per.

**communio** Fol. 152 b.

Qui uult uenire post me abneget semet ipsum et tollat crucem suam et sequatur me.

**postcommunio**

Conserua domine munus tuum in nobis ut quod te donante pro sollennitate beati laurentii martiris tui percepimus et salutem nobis operetur et pacem. per. S.

## in die sancto

Confessio et pulcritudo in conspectu eius sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius

**psalmus** Cantate domino.

**oratio**

Da nobis quesumus omnipotens deus. uitiorum nostrorum flammas extingere. qui beato laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. per.

**ad corinthios** 2 Cor. ix. 6-10.

Fratres[1] ✓ qui parce seminat ✓ parce et
metet; et qui seminat in benedictionibus ✓ de Fol. 153 a.
benedictionibus et metet; unusquisque prout
distinauit[2][3] corde suo ✓ non ex tristitia aut ex
necessitate; hilarem enim datorem diligit deus;
potens est autem[4] omnem gratiam abundare
facere in uobis. ut[5] omnibus semper omnem
sufficientiam habentes abundetis. in omne opus
bonum. sicut scriptum est; dispersit dedit pauperibus ✓ iustitia eius manet in eternum; qui
autem administrat semen seminanti ✓ et pacem[6]
ad manducandum prestabit; et multiplicabit
semen uestrum et augebit incrementa frugum ✓
iustitię uestrę;

[1] A. *om.*
[2] A. V. destinavit.
[3] A. + de. V. + in.
[4] A. V. + deus.
[5] A. V. + in.
[6] A. V. panem.

**gradale** Probasti domine cor meum et uisitasti nocte igne me examinasti. et non est inuenta in me iniquitas Alleluia.

**v** Leuita laurentius bonum opus operatus est qui per signum crucis cecos illuminabit. Fol. 153 b.

**secundum iohannem** Joh. xii. 24-26.

[1] In illo tempore ✓ dixit dominus ihesus discipulis suis;[1] amen amen dico uobis ✓ nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ✓ ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit ✓ multum fructum affert;[2] qui amat animam suam ✓ perdet eam; et qui odit animam suam in hoc mundo ✓ in uitam eternam custodit

[1 1] A. V. *om.*
[2] A. adfert.

eam; si quis mihi ministrat✓ me sequatur; et ubi sum ego✓ illic et minister meus erit. si quis mihi ministrauerit[3]✓ honorificabit eum pater meus✓ [4]qui est in celis;[4]

[3] A. ministrabit.
[4,4] A. V. *om.*

**offertorium**

Confessio et pulcritudo in conspectu eius sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius.

**secreta**

Fol. 154 a.

Ut tuis domine misteriis digni reddamur illa nos quesumus ueritas illuminet semper et foueat. que in beati martiris tui laurentii corde flammam suę confessionis accendit. ihesus christus dominus noster. qui tecum ui*uit*.

**communio**

Qui mihi ministrat me sequatur et ubi ego sum illic et minister meus erit.

Sacro munere satiati supplices te domine deprecamur ut quod debite seruitutis celebramus officio. intercedente beato laurentio martire tuo saluationis tuę sentiamus augmentum. per.

## xix. kal. sep. uigilia assumptionis. sanctę marię

S.

Salue sancta parens enixa.

**oratio**

Fol. 154 b.

Deus qui uirginalem aulam beatę marię in qua habitares eligere dignatus est✓ da quęsumus ut sua nos defensione munitos iocundos faciat suę interesse festiuitate. qui uiuis.

Ecclus. xxiv. 14-16 (fol. 12 b).

**epis[tola]**

Ab initio et ante secula. ut supra.

**Gradale ut supra**

Luc. xi. 27, 28.

**secundum lucam**

[1]In illo tempore✓ factum est cum loqueretur ihesus ad turbas[1]✓ extollens uocem quedam mulier de turba dixit illi; beatus uenter qui te portauit✓ et ubera que suxisti✓ at ille dixit. quin immo[2]✓ beati qui audiunt uerbum dei[3]✓ custodiunt illud;[4]

[1,1] A. V. factum est autem cum hæc diceret.
[2] A. quippini. [3] A. V. + et.
[4] A. *om.*

**offertorium**

Felix namque.

Munera nostra domine apud clementiam tuam dei genitricis commendet oratio. quam iccirco de pręsenti seculo transtulisti ut peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. per.

**communio**

P.

Benedicta a filio.

**postcommunio** Fol. 155 a.

Concede misericors deus fragilitati nostre prȩsidium. ut qui sanctȩ dei genitricis et uirginis requiem celebramus. intercessionis eiusdem auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. per.

## in die ad misam

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore sanctæ mariæ uirginis de cuius assumptione gaudent angeli et collaudant filium dei.

**psalmus** Hodie maria uirgo celos ascendit gaudete quia cum christo regnat. P. [See Gradale.]

**oratio**

Ueneranda nobis domine huius diei festiuitas S.
opem conferat sempiternam. in qua sancta dei
genitrix mortem subiit temporalem nec tamen Fol. 155 b.
mortis nexibus deprimi potuit. que filium tuum
dominum nostrum de se genuit incarnatum. qui.

**lectio libri sapientiȩ** Ecclus. xxiv. 11-20 (*om.* v. 14).

In omnibus requiem quessiui[1] ✓ et in here- [1] V. quæsivi.
ditate domini morabor; tunc prȩcepit et dixit
mihi creator omnium ✓ et qui creauit me re-
quieuit in tabernaculo meo. et dixit michi;[2] [2] V. mihi.
in iacob inhabita ✓ et in israhel hereditare et
in electis meis mitte radices; et sic in sion
firmata sum ✓ et in ciuitate sanctificata similiter
requieui et in ierusalem potestas mea; et radi-
caui in populo honorificato. et in partes[3] dei [3] V. parte.
mei hereditas illius et in plenitudine sanctorum
detentio mea; quasi cedrus exaltata sum in
libano et quasi cipressus[4] in monte syon;[5] et[6] Fol. 156 a. [4] V. cypressus.
quasi palma exaltata sum in cades ✓ et quasi [5] V. Sion. [6] V. *om.*
plantatio rosȩ in iericho; et quasi oliua speciosa
in campis ✓ et quasi platanus exaltata sum
iuxta aquam in plateis; sicut cinnamomum et
balsamum aromatizans ✓ odorem dedi; quasi
mirra[7] electa ✓ dedi sãuitatem odoris; [7] V. myrrha.

**gradale** Propter ueritatem et mansuetudinem et iustitiam et educet te mirabiliter dextera tua

**v** Audi filia et uide et inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluia.

**v** Hodie maria uirgõ celos ascendit gaudete quia cum christo regnat in eternum. Alleluia. S.

**v** Assumpta est maria in celum gaudent angeli et collaudantes benedicant dominum. S.

**secundum lucam** Luc. x. 38-42.

[1] In illo tempore[1] ✓ intrauit ihesus[2] in quod- [1] [1] A. V. *om.* [2] A. V. *om.*
dam castellum ✓ et mulier quedam martha Fol. 156 b.

nomine. excepit illum in domum suam; et huic erat soror nomine maria:⸗ que etiam sedens secus pedes domini audiebat uerbum illius; martha autem :⸗ satagebat circa frequens ministerium; que stetit:⸗ et ait; domine non est tibi curę quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi:⸗ ut me[2] adiuuet.[2] et respondens:⸗ dixit illi dominus. martha martha:⸗ sollicita es. et turbaris erga plurima; porro:⸗ unum est necessarium; maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea;

[2] A. *transposes.*

**offertorium**

P.

Beata es uirgo maria que dominum portasti creatorem mundi genuisti qui te fecit et in ęternum permanes uirgo

**secreta**

Fol. 157 a.
S.
[For marginal gloss see Introd. p. 31.]

Grata tibi domine munera nostra efficiat dei genitricis oratio. quam et si pro condicione carnis migrasse cognoscimus:⸗ in celesti gloria pro nobis apud te orare sentiamus. per eundem.

**communio**

S.

Beata uiscera mariæ uirginis que portauerunt ęterni patris filium

**postcommunio**

Mensę celestis participes effecti imploramus clementiam tuam domine deus noster. ut qui festa dei genitricis colimus. a cunctus malis imminentibus liberemur. per eundem

## iiii kal sep. decoll[atio] sancti iohannis baptize

P.

Johannes autem cum audisset in uinculis opera christi: mittens duos de discipulis suis ait illi. tu es an alium expectamus.

Fol. 157 b.
P.

**psalmus** Respondens autem ihesus ait illis euntes renunciate iohanni que audistis et uidistis. gloria.

**oratio**

Sancti iohannis baptizę[1] et martiris tui domine quęsumus ueneranda festiuitas. salutaris auxilii nobis prestet effectum.[2] per.

[1] R. + Precursoris.

[2] S. augmentum.

**lectio libri sapiente**

Prov. x. 28-32-xi. 3, 6, 8-11.

Expectatio[1] iustorum lętitia:⸗ spes autem impiorum peribit; fortitudo simplices[2] uia domini:⸗ et pauor his qui operantur malum; iustus in ęternum non commouebitur:⸗ impii autem non habitabunt in[3] terra;[4] os iusti parturit sapientiam:⸗ lingă prauorum peribit; labia iusti considerant placita:⸗ et os impiorum peruersa;

[1] V. Exspectatio.
[2] V. simplicis.
[3] V. super. [4] V. terram.

simplicitas iustorum diriget eos✓ et supplantatio peruersorum uastabit illos; iustitia rectorum liberabit eos✓ et insidíís suis capientur iniqui; iustus de angustia liberatus est et tradetur impius pro eo. simulator ore decipit amicum suum✓ iusti autem liberabuntur scientia; in bonis iustorum exaltabitur[5] ciuitas; et in perditione impiorum erit laudatio; in[6] benedictione iustorum✓ exaltabitur ciuitas;

Fol. 158 a.
[5] V. exsultabit.
[6] V. *om.*

**gradale** Herodes enim tenuit et ligauit iohannem et possuit in carcerem. P.

**ꝟ** Propter herodiadem quam tulerat fratri suo uiuenti uxorem. Alleluia. P.

**ꝟ** Misso herodes spiculatore precepit amputare caput iohannis in carcere. S.

## secundum marcum

Marc. vi. 17-29.

[1] In illo tempore✓ missit herodes[1] ac tenuit iohannem[a]✓ et uinxit eum in carcerem[2] propter herodiadem[3] uxorem philippi fratris sui✓ quia duxerat eam; dicebat enim iohannes[b] herodi non licet tibi habere✓ uxorem fratris tui; herodias autem insidiabatur illi✓ et uolebat occidere eum nec poterat; herodes enim metuebat iohannem[a] sciens eum uirum iustum et sanctum✓ et custodiebat eum. et audito eo multa faciebat✓ et libenter eum audiebat; et cum dies oportunus[1] accidisset✓ herodes natalis sui cenam fecit principibus et tribunis et primis galileę; cumque introisset filia ipsius herodiadis et saltasset et placuisset herodi simulque recumbentibus✓ rex ait puellę; pete a me. quod uis✓ et dabo tibi; et iurauit illi✓ quia quicquid[c] petieris dabo tibi. licet dimidium regni mei; que cum exisset✓ dixit matri suę quid petam? at illa dixit: caput iohannis[d] baptizę;[5] cumque introisset statim cum festinatione ad regem✓ petiuit dicens; uolo✓ ut protinus des mihi in disco caput iohannis[d] baptizę.[5] et contristatus est rex propter iurandum[6]✓ et propter simul recumbentes[e] noluit eam contristari.[7] sed misso spiculatore[8] precepit afferri[9] caput eius in disco; et decollauit eum in carcere✓ et attulit caput eius in disco. et dedit illud puellę; et puella✓ dedit matri suę. quo audito discipuli eius uenerunt et tulerunt corpus eius✓ et possuerunt[10] illud in monumento;

[1.1] A. V. Ipse enim Herodes misit. Fol. 158 b.
[a] V. Ioannem.
[2] A. V. carcere.
[3] A. Herodiadam.
[b] V. Ioannes.
[1] A. V. opportunus.
Fol. 159 a.
[c] V. quidquid.
[d] V. Ioannis.
[5] A. V. baptistæ.
[6] A. V. jusjurandum.
[e] V. discumbentes.
[7] A. V. contristare.
[8] A. speculatore.
[9] A. adferri.
Fol. 159 b.
[10] A. V. posuerunt.

## offertorium

Misit rex spiculatorem et precept amputare caput P.

iohannis in carcere. quo audito discipuli eius uenerunt et sepilierunt eum alleluia.

**secreta**

[1-1] R. *om.*

Munera domine pro sancti martiris tui iohannis baptizę passione deferimus.[1] qui dum finitur in terris✓ factus est celesti sede perpetuus.[1] quesumus ut eius obtentu nobis proficiant ad salutem. per dominum.

**communio**

P.

Ite dicite iohanni. ceci uident. surdi audiunt. mortui resurgunt et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.

**postcommunio**

[1] R. *om.* S. utrumque.
Fol. 160 a.

Conferat nobis domine sancti iohannis baptizę utrunque[1] sollennitas. ut et magnifica sacramenta que sumpsimus precibus nostris significata ueneremur. et in nobis potius edita gaudeamus. per.

## .vi. id. sep. natiuitas. sanctę mariae.

S.

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes ut supra.

**oratio**

S.

Supplicationem seruorum tuorum deus miserator exaudi. ut qui in natiuitate sanctę dei genitricis et uirginis congregamur eius intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur. per eundem.

Ecclus. xxiv. 23-31.

**lectio libri sapiente**

[1] V. pulchræ.
[2] V. agnitionis.
Fol. 160 b.
[3] V. generationes.

Ego quasi uitis fructificaui sauitatem odoris✓ et flores mei fructus honoris et honestatis. ego mater pulcre[1] dilectionis✓ et timoris. et magnitudinis.[2] et sanctę spei; in me gratia omnis uitæ et ueritatis✓ in me omnis spes uitæ et uirtutis; transite ad me omnes qui concupiscitis me et generationibus meis implemini; spiritus enim meus super mel dulcis. et hereditas mea super mel et fauum; memoria mea✓ in generatione[3] seculorum. qui edunt me adhuc esurient✓ et qui bibunt me adhuc sitient; qui audit me non confundetur✓ et qui operantur in me non peccabunt; qui elucidant me✓ uitam ęternam habebunt.

R. **gradale** Benedicta.

R. **v** Uirgo. Alleluia.

S. **v** Natiuitas gloriosæ uirginis mariæ. ex semine abrahę orta de tribu iuda. clara ex stirpe dauid.

### genelogia domini nostri ihesu christi secundum mattheum.

Mat. i. 1-16.

Liber generationis ihesu christi filií dauid. filíí abraam;[1] abraam[1] autem[a]: genuit isaac; isaac autem: genuit iacob; iacob autem: genuit iudam et fratres eius; iudas autem: genuit phares et zaram[2] de thamar; phares autem: genuit esrom;[b] esrom[b] autem: genuit aram; aram autem: genuit aminadab; aminadab autem: genuit naason;[3] naason[3] autem: genuit salmon; salmon autem: genuit booz de rachab;[4] booz autem: genuit obeth[c] ex ruth; obeth[c] autem: genuit iesse; iesse autem: genuit dauid regem; dauid autem rex: genuit salamonem[5] ex ea que fuit uriç., salamon[6] autem: genuit roboam; roboam autem: genuit abiam; abia autem: genuit asam. asa autem: genuit iosaphath;[7] iosapha't[7] autem: genuit ioram; ioram autem: genuit oziam; ozias autem: genuit iot'an[8] iothan[8] autem: genuit achaz; achaz autem: genuit ezechiam; ezechias autem: genuit mannassen;[9] mannasses[10] autem genuit amon. amon autem: genuit iosiam; iosias autem: genuit iechoniam et fratres eius in transmigratione babilonis;[11] et post transmigrationem babilonis[11]: iechonias genuit salathiel: salathiel autem: genuit zorobabel; zorobabel autem: genuit abiud; abiud autem: genuit eliachim;[d] eliachim[d] autem: genuit azor. azor autem: genuit sadoch;[12] sadoch[12] autem: genuit achim; achim autem: genuit eliud; eliud autem: genuit eleazar; eleazar autem genuit mathan;[13] mathan[13] autem: genuit iacob; iacob autem: genuit ioseph uirum mariæ; de qua natus est ihesus: qui uocatur christus;

Fol. 161 a. Fol. 161 b. Fol. 162 a.

[1] A. V. Abraham.
[a] V. *om.*
[2] A. Zarad.
[b] V. Esron.
[3] A. V. Naasson.
[4] A. Racab. V. Rahab.
[c] V. Obed.
[5] A. V. Salomonem.
[6] A. V. Salomon.
[7] A. V. Iosaphat.
[8] A. V. Ioatham.
[9] A. V. Manassem.
[10] A. V. Manasses.
[11] A. V. Babylonis.
[d] V. Eliacim.
[12] A. Saddoc. V. Sadoc.
[13] A. Matthan.

### offertorium

Aue maria. P.

### secreta

Unigeniti tui domine nobis succurrat humanitas. ut qui natus de uirgine matris integritatem non minuit sed sacrauit: in natiuitatis eius sollenniis a nostris nos piaculis exuens oblationem nostram sibi faciat acceptam. ihesus christus dominus noster. qui tecum.

### communio

Benedicta a filio. P.

Sumpsimus domine celebritatis annue uotiua

sacramenta. presta quesumus ut intercedente beata maria semper uirgine et temporalis uitę nobis remedia prebeant et ęternę. per dominum

## .xviii. kal oct. exaltatio sanctę crucis.

Fol. 162 b.
P. In nomine domini omne genu flectatur celestium et terrestrium et infernorum. quia dominus factus oboediens usque ad mortem mortem autem crucis. ideo dominus ihesus christus in gloria est dei patris

P. **Psalmus.** Humiliauit semet ipsum factus oboediens. usque ad.

**oratio**

S. Deus qui unigeniti filii tui domini nostri ihesu christi pretioso sangine humanum genus redimere dignatus es: concede propitius. ut qui ad adorandam uiuificam crucem adueniunt a peccatorum suorum nexibus liberentur. per eundem.

R. **epistola**

[1] Fol. 76 a.

Hoc sentite in uobis. respice in dominica pal*marum*[1]

**gradale** Christus factus.

**v** Propter quod et deus. Alleluia.

P. Michi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu christi. Alleluia.

P. **v** Salua nos christe saluator per uirtutem sancte
Fol. 163 a. crucis qui saluasti petrum in mari miserere nobis.

Joh. xii. 31-36. **secundum iohannem**

[1.1] A. *om.*

[a] V. *transposes.*

[2] A. V. + et.

[3] A. V. dixit. + ergo.

[4] A. *om.*

[1] In illo tempore: dixit dominus ihesus turbis;[1] nunc iudicium est mundi: nunc princeps mundi[a] huius[a] eiicietur foras; et ego si exaltatus fuero a terra. omnia traham ad me ipsum; hoc autem dicebat: significans qua morte esset moriturus; respondit ei turba; nos audiuimus ex lege: quia christus manet in ęternum;[2] quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis? quis est iste filius hominis? respondit[3] eis[4] ihesus; adhuc modicum lumen in uobis est; ambulate dum lumen habetis: ut non tenebrę uos comprehendant; et qui ambulat in tenebris: nescit quo uadat; dum lucem
Fol. 163 b. habetis credite in lucem: ut filii lucis sitis.

**offertorium**

Protege domine plebem tuam per signum sanctę crucis ab omnibus insidiis inimicorum omnium ut tibi gratam exhibeamus seruitutem et acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum alleluia.

**secreta**

S. Deuotas domine humilitatis nostrę preces et hostias misericordię tuę precedat auxilium. et

salutem quam per adam[1] in paradiso ligni clauserat temerata presumptio. ligni sursum fides aperiat. per.

[1] So Arbuthnott Mis. S. Evam.

**communio**

Redemptor mundi signo crucis ab omni nos aduersitate custodi. quia saluasti petrum in mari miserere nobis — P.

**postcommunio.**

Ihesu christi domini nostri corpore saginati. per quem crucis est sanctificatum uexillum:✓ quesumus domine deus noster. ut sicut adorare meruimus. ita perenni eius beneficio perfruamur. per eundem. — S.

Fol. 164 a.

## .iii. k[a]l oct. festiuitas sancti micaelis arcangeli.

Benedicite dominum omnes angeli eius potentes uirtutes[1] qui facitis uerbum eius ad audiendam uocem sermonum eius

[1] R. S. virtute.

**Psalmus** Benedic anima mea domino et omnia

Deus qui miro ordine angelorum ministeria hominumque dispensas:✓ concede propitius. ut quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur ab his in terra uita nostra muniatur. per.

**lectio libri apoc[alipsis] iohannis apostoli** — Apoc. i. 1-5.

[1]In diebus illis:✓ significauit deus[1] que oportet fieri cito loquens[2] per angelum suum seruo suo iohanni.[a] qui testimonium perhibuit uerbo dei; et testimonium ihesu christi quecunque uidit; beatus qui legit et qui[b] audit[3] uerba prophetię huius:✓ et seruat[4] ea que in ea[5] scripta sunt; tempus enim prope est; iohannes[c] septem eçlesiis[6] que sunt in asia. gratia uobis et pax ab eo. qui est. et qui erat. et qui uenturus est. et a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt. et ab[7] ihesu christo qui est testis fidelis. primogenitus mortuorum et princeps regum terre. qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris:✓ in sangine suo;

[1-1] A. V. Apocalypsis Jesu christi quam dedit illi deus palam facere servis suis.
[2] A. V. et significavit mittens.
[a] V. Ioanni.
[b] V. *om.* [3] A. audiunt.
Fol. 164 b.
[4] A. servant. [5] A. illa.
[c] V. Ioannes. [6] A. ecclesiis.
[7] V. a.

**gradale**

Benedicite dominum omnes angeli eius potentes uirtutes[1] qui facitis uerbum eius.

[1] R. S. virtute.

**v** Benedic anima mea domino et omnia interiora mea nomen sanctum eius. Alleluia.

**v** In conspectu angelorum psallam tibi domine deus meus — S.

**secundum mattheum** — Mat. xviii. 1-10.

[1]In illo tempore[1]:✓ accesserunt discipuli ad

[1-1] A. V. In illa hora.

Fol. 165 a.

ihesum⹎ dicentes; quis putas maior est in regno celorum. et aduocans ihesus paruulum⹎ statuit eum in medio eorum. et dixit; amen dico uobis⹎ nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli⹎ non intrabitis in regnum[2] celorum; quicunque uero humiliauerit se sicut paruulus iste⹎ hic est maior in regno celorum; et qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo⹎ me suscepit. qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt; expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius. et demergatur in profundum maris; uę mundo ab scandalis; necesse est enim⹎ ut ueniant scandala⹎ uerum tamen⹎ uę homini per quem scandalum uenit. si autem manus tua uel pes tuus scandalizat te⹎ abscide eum et proiice[3] abs te; bonum est[4] tibi[4] ad uitam ingredi debilem uel claudum[5]⹎ quam duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignem eternum; et si oculus tuus scandalizat te⹎ erue eum. et proiice[3] abs te; bonum tibi est cum uno oculo in uitam intrare⹎ quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis; uidete⹎ ne contemnatis unum ex his pusillis; dico enim uobis⹎ quia angeli eorum in celis semper uident faciem patris mei⹎ qui in celis est;

[2] A. regno.

Fol. 165 b.

[3] A. proice. [4] A. V. tibi est.

[5] A. clodum.

### offertorium

Stetit angelus iuxta aram templi habens turibulum aureum in manu sua et data sunt ei incensa multa et ascendit fumus aromatum in conspectu domini. alleluia.

Fol. 166 a.

S.

Munus populi tui quesumus domine dignanter assume. quod non nostris meritis sed sancti archangeli tui michaelis[1] deprecatione tibi sit gratum. per.

[1] S. + omniumque beatorum spirituum.

### communio

Benedicite omnes angeli domini domino ymnum dicite. et super exaltate eum in secula.

### postcommunio

Beati archangeli tui michaelis intercessione suffulti. supplices te domine deprecamur ut quod ore consequimur. contingamus et mente. per.

## ii. kal. nou. uigilia omnium sanctorum

P.

Justi epulemur exultent.

Domine deus noster multiplica super nos gratiam tuam. et quorum preuenimus gloriosa

sollennia tribue subsequi in sancta professione. per.

**lectio libri apocolipsis iohannis apostoli.**

[1] Ego iohannes uidi [1] in medio throni et quatuor [2] animalium et in medio seniorum agnum stantem tanquam [3] occisum habentem cornua septem et oculos septem qui sunt septem [4] spiritus dei missi in omnem terram. et uenit et accepit de dextera sedentis in trono [5] librum [6] ✓ quatuor [2] animalia et uiginti. IIII. seniores ceciderunt coram agno habentes singuli citharas et fiolas [7] aureas plenas odoramentorum que sunt orationes sanctorum. et cantabant [8] canticum [9] nouum [9] dicentes; dignus es domine [10] deus [11] accipere librum. et aperire signacula eius ✓ quoniam occisus es et redemisti nos deo in sangine [12] tuo ex omni tribu et linga [13] et populo et natione et fecisti nos [14] deo nostro regnum et sacerdotes et regnabunt super terram; et uidi et audiui uocem angelorum multorum in circuitu throni. et animalium et seniorum. et erat numerus eorum milia [a] milium [b] uoce [15] magna [15] dicentium; [15] dignus est agnus qui occissus [16] est accipere uirtutem. et diuinitatem. et sapientiam. et fortitudinem. et honorem. et gloriam et benedictionem ✓ [17] in secula seculorum. [17]

Apoc. v. 6-12.
Fol. 166 b.
[1.1] A. V. Et uidi et ecce.
[2] A. quattuor.
[3] A. tamquam.
[4] A. *om.*
[5] A. V. throno.
[6] A. V. + et cum aperuisset librum.
[7] A. V. phialas.
[8] A. cantant.
[9] A. *transposes.*
[10] A. *om.* [11] A. V. *om.*
[12] A. V. sanguine.
[13] A. V. lingua. [14] A. eos.
Fol. 167 a.
[a] V. millia. [b] V. millium.
[15] A. V. dicentium uoce magna.
[16] A. V. occisus.
[17.17] A. V. *om.*

**gradale** Exultabunt sancti.
**v** Cantate.

**secundum lucam** P.

[1] In illo tempore [1] ✓ eleuatis ihesus [2] oculis in discipulos suos dicebat; beati pauperes ✓ quia uestrum est regnum dei. beati qui nunc esuritis ✓ quia saturabimini; beati qui nunc fletis ✓ quia ridebitis. beati eritis cum uos oderint homines ✓ et cum separauerint uos et exprobrauerint ✓ et eicerint [3] nomen uestrum tanquam [4] malum propter filium hominis; gaudete in illa die et exultate ✓ ecce enim merces uestra ✓ multa in celo;

Luc. vi. 20-23.
P. [The R. Gosp. is Luc. vi. 17-23. S. Joh. xvii. 11-26.]
[1.1] A. V. Et ipse.
[2] A. V. *om.*
Fol. 167 b.
[3] A. V. eiecerint.
[4] A. V. tamquam.

**offertorium**

Exultabunt sancti in gloria R.

**secreta**

Altare tuum domine muneribus cumulamus oblatis. da quesumus. ut ad salutem nostram omnium sanctorum tuorum precatione proficiant quorum sollennia uentura precurrimus. per.

**communio**

P. Ego uos elegi.

Sacramentis domine et gaudiis obtata celebritate expletis quesumus ut eorum precibus adiuuemur. quorum recordationibus exhibentur. per.

## in die ad missam.

Fol. 168 a. Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore sanctorum omnium de quorum sollemnitate gaudent angeli et collaudant filium dei.

Psalmus. Exultate. iusti in domino.

**oratio**

Omnipotens sempiterne deus qui nos omnium sanctorum merita sub una tribuisti celebritate uenerari; quesumus ut desideratam nobis tuę propitiationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris per dominum.

Apoc. vii. 1-12. **lectio libri apoc[olipsis] iohannis apostoli.**

[1] Ego iohannes[1] uidi. IIII. (or) angelos stantes supra IIII (or) angulos terre ✓ tenentes. IIII. (or) uentos terrę. ne flaret[2] uentus[3] super terram neque super mare. neque in ullam arborem. Et uidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum dei uiui; et clamauit uoce magna. IIII. (or) angelis quibus datum est nocere terre et mari dicens; nolite nocere terrę et mari neque arboribus ✓ quoadusque signemus seruos dei nostri in frontibus eorum; Et audiui numerum signatorum centum quadraginta. IIII. (or) milia[a] ✓ ex omni tribu filiorum israhel.

Fol. 168 b.

| | |
|---|---|
| Ex tribu iuda ✓ | XII. milia[a] sig*nati;* |
| Ex tribu ruben ✓ | XII. milia[a] signati; |
| Ex tribu gad ✓ | XII. milia[a] signati; |
| Ex tribu aser ✓ | XII. milia[a] signati; |
| Ex tribu neptalim.[b] | XII. milia[a] sig*nati;* |
| Ex tribu mannasse[4] ✓ | XII. milia[a] sig*nati;* |
| Ex tribu simeon[5] ✓ | XII. milia[a] sig*nati;* |
| Ex tribu leui. | XII. milia[a] signati., |
| Ex tribu isachar[6] ✓ | XII. milia[a] sig*nati;* |
| Ex tribu zabulon ✓ | XII. milia[a] sig*nati;* |
| Ex tribu ioseph ✓ | XII. milia[a] sig*nati;* |
| Ex tribu beniamin ✓ | XII. milia[a] sig*nati;* |

Fol. 169 a.

Post hec uidi turbam magnam quam denumerare[7] nemo poterat ex omnibus gentibus et

[1.1] A. post hæc.
[2] V. flarent. [3] V. *om.*
[a] V. millia. A. V. + signati.
[b] A. Nepthalim. V. Nephthali. [4] A. V. Manasse.
[5] A. Symeon.
[6] A. V. Issachar.
[7] A. V. dinumerare.

tribibus[8] et populis et lingīs stantem[9] ante thronum et in conspectu agni✓ amicti stolis[10] albis[11]✓ et palmę in manibus eorum; et clamabant uoce magna dicentes., salus deo nostro✓ qui sedet[12] super thronum et agno; et omnes angeli stabant in circuitu throni et seniorum✓ et. IIII. animalium; et ceciderunt in conspectu troni[13] in facies suas✓ et adorauerunt dicentes[14] amen; benedictio et claritas. et sapientia. et gratiarum actio. et[15] honor et uirtus et fortitudo deo nostro✓ in secula seculorum.[16]

(or: written above "et.")

[8] A. V. tribubus.
[9] A. V. stantes.
[10] A. stolas. [11] A. albas.
[12] A. sedit.
[13] throni.
[14] A. V. + deum.
[15] V. *om.*
[16] A. V. + amen.

**gradale** Timete omnes sancti eius quoniam nihil deest. timentibus eum. — Fol. 169 b.

ꝟ Inquirentes autem dominum non deficient omni bono.

ꝟ Gloriosus deus. Alleluia. — P.

ꝟ Indicabunt sancti nationes et dominabuntur populis et regnabit illorum rex in ęternum. — S.

### secundum mattheum

Mat. v. 1-12.

[1] In illo tempore[1]✓ uidens[2] turbas ihesus[3]✓ ascendit in montem; et cum sedisset✓ accesserunt ad eum discipuli eius; et aperiens os suum✓ docebat eos dicens; beati pauperes in spiritu✓ quoniam ipsorum est regnum celorum; beati mites✓ quoniam ipsi possidebunt terram; beati qui lugent✓ quoniam ipsi consolabuntur; beati qui essuriunt[4] et sitiunt iustitiam✓ quoniam ipsi saturabuntur; beati misericordes✓ quoniam ipsi misericordiam consequentur; beati mundo corde✓ quoniam ipsi deum uidebunt. beati pacifici✓ quoniam[5] filii dei uocabuntur; beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam✓ quoniam ipsorum est regnum celorum. beati estis cum maledixerunt[6] uobis et persecuti uos fuerint✓ et dixerint omne malum aduersum uos. mentientes✓ propter me; gaudete et exultate✓ quoniam merces uestra copiosa est in celis.,

[1.1] A. *om.* [2] A. + autem.
[3] A. *om.*
[4] A. V. esuriunt.
Fol. 170 a.
[5] A. + ipsi.
[6] A. V. maledixerint.

### offertorium

Mirabilis deus in sanctis suis deus israhel ipse dabit *uirtutem* et *suæ benedictus* deus — S.

### secreta

Munera tibi domine nostrę deuotionis offerimus que et pro cunctorum tibi grata sint honore sanctorum et nobis salutaria te miserante reddantur. per.

### communio

Gaudete iusti in domino alleluia. rectos decet col*laudatio*. alleluia — S.

**postcommunio**

Fol. 170 b.

[The rest of fol. 170 b is blank, separating the Proprium de Sanctis from the Commune Sanctorum.]

Da quesumus domine fidelibus populis omnium sanctorum tuorum semper ueneratione letari. et eorum perpetua supplicatione muniri. per.

## Uigilia unius apostoli

Fol. 171 a.

Ego sicut oliua fructificaui in domo domini speraui in misericordiam dei mei et expectabo nomen tuum quoniam bonum est ante conspectum sanctorum tuorum.

**psalmus** Quid gloriaris.

[The arrangement of the Com. SS. resembles that of pre-Tridentine Missals, in which much variety exists.]

### oratio.

Quesumus omnipotens ut beatus apostolus. N. tuum pro nobis imploret auxilium ut a nostris reatibus absoluti a cunctis etiam periculis eruamur. per.

P.

### sapien[tię]

Prov. iii. 13-20. S.

Beatus homo qui inuenit sapientiam ✓ et qui affluit prudentia melior est. adquisitio[1] eius negotiatione argenti et auri primi et purissimi ✓ fructus eius pretiosior est cunctis opibus. et omnia que desiderantur huic non ualent comparari; longitudo dierum in dextera eius.[2] in sinistra illius diuitiæ et gloriæ;[3] uiæ eius uiæ pulchrę ✓ et omnes semitte[4] illius pacifice. lignum uitæ est his qui apprehenderint eam ✓ et qui tenuerit eam beatus; dominus sapientia fundauit terram ✓ stabiliuit celos prudentia; sapientia illius eruperunt abissi[5] ✓ et nubes rore concrescunt.

[1] V. acquisitio.

Fol. 171 b. [2] V. + et.

[3] V. gloriæ.

[4] V. semitæ.

[5] V. abyssi.

**gradale** Iustus ut palma florebit sicut cedrus li*bani* mul*tiplicabitur* in domo domini.

**v** Ad annuntiandam mane *misericordiam* tuam et ueritatem tuam per noctem.

### secundum iohannem

Joh. xv. 7-11. P.

[1] In illo tempore ✓ dixit dominus ihesus discipulis suis;[1] si manseritis in me. et uerba mea in uobis manserint. quodcumque[b] uolueritis petetis. et fiet uobis; in hoc clarificatus est pater meus. ut fructum plurimum aferatis[2] ✓ et efficiamini mei discipuli; sicut dilexit me pater ✓ et ego dilexi uos; manete in dilectione mea; si precepta mea seruaueritis ✓ manebitis in dilectione mea; sicut et ego patris mei precepta seruaui ✓ et maneo in eius dilectione; hec locutus sum uobis ✓ et[3] gaudium meum in uobis[4] ✓ et gaudium uestrum impleatur.

[1-1] A. V. *om.*

[b] V. quodcunque.

Fol. 172 a.

[2] A. adferatis. V. afferatis.

[3] A. V. ut.

[4] A. V. + sit.

### offertorium

Gloria et honore *coronasti* eum domine et eum *super opera manuum* tuar*um*

### secreta

Intercessio quesumus domine beati. N. apostoli tui munera nostra tibi commendet ✓ ut eius sacrata natalicia et temporaliter frequentemus et conspiciamus eterna. per.

P.

**communio**

Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnam decorem imponens super eum domine.

Fol. 172 b.

S.

**postcommunio**

Presta nobis ęterne largitor eius ubique pia protegi oratione cuius natalicia per hec sancta que sumpsimus uotiuo preuenimus obsequio. per.

## In die ad missam.[1]

[1] [This missa is Sarum except where it is otherwise indicated. In the present Missale R. there is no Commune unius Apostoli.]

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum.

**psalmus** Domine probasti me.

**oratio.**

P.

Deus qui eclesiam tuam beati. N. apostoli tui predicatione docuisti. et martirio coronasti:⁄ concede fidelibus tuis eius semper meritis adiuuari et beneficiis gratulari:⁄ per.

**ad effesseos**

Eph. ii. 19-22.

Fratres[1]:⁄ iam non estis hospites et aduenæ:⁄ sed estis ciues sanctorum et domistici[2] dei super edificati super fundamentum apostolorum et prophetarum ipso summo angulari lapide christo ihesu; in quo omnis ędificatio constructa:⁄ crescit in templum sanctum in domino; in quo[3] uos coedificamini in habitaculum dei:⁄ in spiritu sancto.[4]

[1] A. V. ergo.

[2] A. V. domestici.

Fol. 173 a.

[3] A. V. + et.

[4] A. V. *om.*

**offertorium**

In omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terra uerba eorum

℣ Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentum.

Alleluia ℣ Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum alleluia.

**secundum iohannem**

Joh. xv. 12-16. P.

[1] In illo tempore:⁄ dixit dominus ihesus discipulis suis;[1] hoc est preceptum meum:⁄ ut diligatis inuicem sicut dilexi uos; maiorem hoc dilectionem nemo habet:⁄ quam ut animam suam ponat[2] quis[2] pro amicis suis; uos amici mei estis:⁄ si feceritis que ego precipio uobis; iam non dico uos seruos:⁄ quia seruus nescit quid faciat dominus eius; uos autem dixi amicos:⁄ quia omnia quecunque[3] audiui a patre meo nota feci uobis; non uos me elegistis:⁄ sed ego elegi uos et posui uos ut eatis et fructum afferatis et fructus uester maneat; ut quodcunque[4] petieritis patrem in nomine meo:⁄ det uobis.

[1.1] A. V. *om.*

[2] A. *transposes.*

Fol. 173 b.

[3] A. V. quæcumque.

[4] A. V. quodcumque.

### offertorium.

Constitues eos principes super omnem terram *memores erunt nominis tui* domine in omni progenie et generatione.

### secreta

Munusoblatum quesumus domine propitiatus adtende. et ut digne tuis famulemur altaribus sancti. N. apostoli tui intercessione que delinquimus indulge. per. P.

### communio

Uos qui secuti estis sedebitis super sedes iudicantes. xii. tribus israhel dicit dominus.

### postcommunio

P.

Presta domine sacramentis beato apostolo tuo interueniente deprecamur. ut que pro illius celebrata sunt gloria nobis proficiant admelam. per. Fol. 174 a.

### alia oratio

Omnipotens sempiterne deus. qui huius diei uenerandam sanctamque letitiam in beati. N. apostoli tui festiuitate tribuisti ✓ da ecclesiæ tuæ quesumus et amare quod credidit et predicare quod docuit ✓ per.

P. [In S. R. this Collect is assigned to S. Bartholomew.]

## Plurimorum apostolorum

P. [This Missa appears neither in the R. nor S. Missal.]

Mihi autem nimis

Deus qui nos annua apostolorum tuorum. NN. solennitate letificas. presta quesumus ✓ ut quorum gaudemus meritis instruamur exemplis. per.

### ad romanos.

Rom. viii. 28-32.

Fratres[1] ✓ scimus[2] quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum ✓ his[3] qui secundum propositum uocati sunt sancti; nam quos presciuit et predestinauit conformes fieri imaginis filii sui ✓ ut sit ipse primogenitus in multis fratribus; quos autem predestinauit ✓ hos et uocauit; et quos uocauit ✓ hos et iustificauit ✓ quos autem iustificauit ✓ illos et magnificauit;[4] quid ergo dicemus ad hec? si deus pro nobis quis contra nos? qui etiam proprio[5] filio suo non pepercit ✓ sed pro nobis omnibus. tradidit illum;

Fol. 174 b.

[1] A. V. *om.* [2] A. V. + autem.
[3] V. iis.
[4] V. glorificavit.
[5] A. *om.*

gradale In omnem.
b Celi enarrant. Alleluia.
Nimis honorati.

### secundum iohannem.

Joh. xv. 17-25.

[1] In illo tempore ✓ dixit dominus ihesus dis-

[1-1] A. V. *om.*

cipulis suis;[1] hec mando uobis✓ ut diligatis inuicem; si mundus uos odit✓ scitote quia me priorem uobis hodie[2] habuit; si de mundo fuissetis✓ mundus quod suum erat diligeret; quia uero de mundo non estis; sed ego elegi uos de mundo; propterea odit uos mundus; mementote sermonis mei quem ego dixi uobis✓ non est seruus maior domino suo; si me persecuti sunt✓ et uos persequentur; si sermonem meum seruauerunt✓ et uestrum seruabunt; sed hec omnia facient uobis propterea[a] nomen meum✓ quia nesciunt eum qui me[b] misit;[b] si non uenissem. et locutus fuissem cum[3] eis✓ peccatum non haberent; nunc autem✓ excussationem[4] non habent de peccato suo; qui me odit✓ et patrem meum odit; si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit✓ peccatum non haberent; nunc autem✓ et uiderunt. et oderunt et me et patrem meum; sed ut impleatur[c] sermo qui in lege eorum scriptus est✓ quia odio habuerunt[5] me[5] gratis

[2] A. V. odio.

Fol. 175 a.

[a] A. V. propter.
[b] V. *transposes.*
[3] A. V. *om.*
[4] A. V. excusationem.
[c] V. adimpleatur.
[5] A. *transposes.*

### offertorium

Constitues eos.

### secreta

Munera domine que pro apostolorum tuorum NN sollennitate deferimus propitius suscipe et mala omnia que mereamur auerte. per.

Fol. 175 b.

### communio

Uos qui secu*ti* estis.

Quesumus domine salutaribus repleti misteriis ut quorum sollennia celebramus eorum orationibus adiuuemur. per.

P.

## uigilia unius martiris.[a]

[a] [This title appears neither in the R. nor S. Missal. Its component parts will be found distributed under various R. and S. headings.]

Iustus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur plantatus in domo domini in atris domus dei nostri.

psalmus Bonum est confiteri.

Presta quesumus omnipotens deus ut intercedente beato .N. martire tuo et a cunctis aduersitatibus muniamur in corpore et a prauis cogitationibus mundemur in mente. per.

### sapientiae

Ecclus. xxxi. 8-11.

Beatus uir[1] qui inuentus est sine macula✓ et qui post aurum non abiit nec sperauit in [2]thesauris peccuniae[2] quis est hic et laudabimus eum? fecit enim mirabilia in uita sua; quis[3]

[1] V. dives.

[2.2] V. pecunia et thesauris.

Fol. 176 a. [3] V. qui.

probatus[4] in illo et perfectus inuentus[5] est? et[5] erit illi gloria eterna? quis[3] potuit transgredi et non est transgressus? et[5] facere mala et non fecit; ideo stabilita sunt bona illius in domino:' et elimoysinas[6] illius enarrabit:' omnis eclesia[7] sanctorum.

[4] V. + est. [5] V. *om.*
[6] V. elecmosynas.
[7] V. ecclesia.

**gradale** Beatus uir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis.

**v** Potens in *erit semen* eius *generatio rectorum benedicetur.*

**secundum lucam.** Luc. ix. 23-27.

[1] In illo tempore:' dixit dominus ihesus discipulis suis;[1] si quis uult post me uenire:' abneget semet[2] ipsum et tollat crucem suam cotidie[a] et sequatur me; qui enim uoluerit animam suam saluam facere:' perdet illam; nam qui perdiderit animam suam propter me:' saluam faciet illam; quid enim proficit homini[3] si lucretur uniuersum mundum salutem[4] perdat[5] ipsum[5] et detrimentum sui faciet? nam qui me erubuerit et meos sermones:' hunc filius hominis erubescet[6] cum uenerit in maiestate sua. et patris et sanctorum angelorum; dico autem uobis; uere sunt aliqui hic stantes:' qui non gustabunt mortem:' donec uideant regnum dei.

[1.1] A. V. Dicebat autem ad omnes.
[2] A. se.
[a] V. quotidie.
[3] A. V. homo.
Fol. 176 b.
[4] A. V. se autem.
[5] A. V. *transpose.*
[6] A. erubescit.

**offertorium**

Gloria et honore *coronasti* eum domine et *super* eum opera *manuum tuarum.*

**secreta**

Ut nostrę saluti munera oblata proficiant. sancti. N. martiris tui quesumus domine intercessio salutaris obtineat. per.

**communio**

Magna est gloria eius in salutari tuo *gloriam* et *decorem impones* super eum domine.

**postcommunio**

Uotiua domine pro beati. N. martiris tui passione dona percepimus. quesumus ut eius precibus et presentis uitę nobis pariter et eternę tribuas conferre subsidium. per.

## in natal[e] unius martiris.

Fol. 177 a.
[There are many variations in this and the following missae communes from the corresponding R. and S. missae.]

Lætabitur iustus in domino et sperauit in eo et laudabuntur omnes recti corde

**psalmus** Exaudi deus orati*onem* meam cum *de precor.*

**oratio.**

Presta quesumus omnipotens deus ut qui P.

beati. N. martiris tui natalicia colimus. a cunctis malis imminentibus eius intercessionibus liberemur. per.

Sap. iv. 7-15. P.

**sapientiae**

Iustus[1] si morte preoccupatus fuerit✓ in refrigerio erit; senecti[2] enim uenerabilis est non diuturna neque numero[3] annuorum[3 4] computata; cani enim sunt sensus hominis✓ ætas senectutis uita immaculata. placens deo factus dilectus✓ et uiuens inter peccatores translatus est; raptus est ne in aliua[5] mutaret intellectum illius✓ aut ne fictio deciperet animam illius;[6] consummatus in breui expleuit tempora multa; placita enim erat deo anima illius✓ propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatis[7 8] quoniam gratia dei et misericordia est in sanctos eius✓ et respectus in electos illius.

[1] V. + autem.
[2] V. senectus.
[3] V. *transposes*.
[4] V. annorum.
Fol. 177 b. [5] V. malitia.
[6] Verse 12 is omitted.
[7] V. iniquitatum.
[8] The last half of v. 14 is omitted.

**gradale** Posuisti domine super caput eius coronam de lapide pretioso

**v** Desiderium animę eius tribuisti ei et uolun*tate labiorum* eius non frau*dasti* eum. Alleluia

**v** Gloria et honore coronasti eum domine

Luc. xiv. 26-33.

**secundum lucam**

[1] In illo tempore✓ dixit dominus ihesus discipulis suis;[1] si quis uenit ad me et non odit patrem suum et matrem. et uxorem. et filios. et fratres. et sorores. adhuc autem et animam suam✓ non potest meus esse discipulus; et qui non baiolat[2] crucem suam et uenit post me✓ non potest meus esse discipulus; quis enim ex uobis uolens turrim[3] edificare non[4] prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt si habeat[5] ad perficiendum? ne posteaquam posuerit fundamentum. et non potuit[a] perficere. omnes qui uiderint[6] incipiant illudere[7] ei dicentes; quia hic homo cepit edificare✓ et non potuit consummare; adhuc[8] quis[9] rex iustus[10 A] committe[11] bellum aduersus[12] alium regem. non sedo[13 A] prius cogitat si possit cum decem milibus[14] occurrere ei. qui cum uiginti milibus[14] uenit ad se? alioquin✓ adhuc illo longe agente legationem mittens rogat ea que pacis sunt; sic ergo omnis ex uobis qui non renunciat omnibus que possidet non potest meus esse discipulus.

[1-1] A. V. *om.*
Fol. 178 a. [2] A. V. baiulat.
[3] A. turrem. [4] A. nonne.
[5] A. habet.
[a] A. poterit. V. potuerit.
[6] A. V. uident.
[7] A. inludere.
[8] A. V. aut. [9] A. qui.
[10] A. V. iturus.
[A] [A later hand has written "iturus" and "sedens" over "iustus" and "sedo."]
[11] A. V. committere.
[12] A. adversum.
[13] A. V. sedens.
[14] V. millibus.
Fol. 178 b.

**offertorium**

Iustus ut palma *florebit sicut cedrus libano multiplicabitur.*

**secreta.**

Hostiam nostram quesumus domine sancti. N. martiris tui et ueneranda confessio. et exaudibilis commendet oratio. P.

**communio**

Lætabitur iustus in domino et sperauit in eo et laudabuntur omnes recti corde.

**postcommunio**

[S]umentes domine diuina misteria quesumus ut beati N. martiris tui intercessione eterne nobis prebeant incrementa letitiæ. per [S. p. 838.]

## in tempore pascali[1]

[1] See note fol. 177 a.

Protexisti me deus a conuentu malignantium a multitudine operantium iniquitatem

**psalmus** Exaudi d*eus orationem meam* cum de*precor.*

Deus qui sanctam nobis huius diei sollennitatem pro commemoratione beati. N. confessoris tui fecisti:⸍ adesto familiæ tuæ. precibus et da ut cuius festa celebramus eius meritis intercessionibus adiuuemur:⸍ per. [S. p. 942.] Fol. 179 a.

**sapientiae** Ecclus. xiv. 22-xv. 3, 4, 6.

Beatus uir qui in sapientia sua[1] morabitur? et in sensu cogitauit[2] circumspectionem dei; cibauit[3] illum pane uitæ et intellectus:⸍ et aqua sapientiæ salutaris potauit[4] illum; et firmabitur in illo et non flectetur:⸍ et contristabit[5] illum et non confundetur et exaltabit illum apud proximos suos; et nomine eterno hereditabit illum:⸍ [6]dominus deus noster.[6]

[1] V. *om.*
[2] V. cogitabit.
[3] V. cibabit.
[4] V. potabit.
[5] V. continebit.
[6.6] V. *om.*

**Gradale** Iustus non conturbabitur quia dominus firmat manus eius.

**V** Tota die miseretur et commodat et semen eius in benedictione erit. Alleluia.

**V** Lętabitur iustus in domino et sperauit in eo et laudabuntur omnes recti corde.

**eua[ngelium]**

Si manseritis in me. respice in uigilia unius apostoli[a] [a] Fol. 171 b.

**secreta**

Intende quesumus domine obeata tibi munera et deprecatione sancti N. martiris tui nos ipsos eademque sanctifica. per. Fol. 179 b.

**communio**

Magna est gloria eius in tuo *gloriam et decorem* im*pones super* eum domine.

**postcommunio**

Tua sancta sumentes domine suppliciter deprecamur:⸍ ut cuius celebramus passionem sentiamus protectionem:⸍ per.

# In natale plurimorum martirum.[1]

Sapientiam sanctorum narrent populi et laudem eorum nuntiet ecclesiæ. nomen autem eorum uiuet in eternum.

psalmus Exultate iusti in.

Da quesumus omnipotens deus ut qui sanctorum martirum tuorum N. sollemnia colimus eorum apud te intercessionibus adiuuemur. per.

Iustorum[1] animæ in manu dei sunt:' et non tanget illos tormentum mortis; nisi sunt oculis insipientium mori:' et estimata est afflictio exitus eorum. et quod a nobis est iter extermini[2]:' illi autem sunt in pace; et si coram hominibus tormenta passi sunt:' spes illorum immortalitate plena est; in paucis uexati:' in multis bene disponentur:' quoniam deus temptauit[3] eos et inuenit illos dignos se; tanquam aurum in fornace probauit illos:' et quasi holocausta[4] hostię[5] accepit illos:' et in tempore erit respectus illorum; fulgebunt iusti:' et tanquam scintillæ in arundineto discurent;[6] iudicabunt nationes et dominabuntur populis:' et regnabit dominus illorum im[7] perpetuum.

gradale. Anima nostra sicut passer *ereptus est de uenantium.*

v Laqueus contritus est et nos liberati sumus adiutorium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram. Alleluia.

v Sancti tui domine florebunt s*icut* l*ilium* s*icut odor balsami erunt* ante te.

## secundum lucam

In illo tempore:' eleuatis ihesus oculis in discipulos suos:' dicebat; beati pauperes spiritu[1]:' quoniam[2] uestrum est regnum dei; beati qui nunc esuritis:' quia saturabimini; beati qui nunc fletis:' quia ridebitis; beati eritis cum uos oderint homines et cum separauerint uos et exprobrauerint et eiicerint nomen uestrum tanquam malum:' propter filium hominis; gaudete in illa die et exultate:' ecce enim merces uestra:' multa est[3] in celo.

## offertorium

Letamini in domino et i*usti* et o*mnes* r*ecti* c*orde.*

## secreta

Sanctorum tuorum domine tibi grata confessio et munera nostra commendet et tuam nobis indulgentiam semper imploret. per.

---

[1] See note fol. 177 a.

Sap. iii. 1-8.
[1] A. + autem.
Fol. 180 a.
[2] V. exterminium.
[3] V. tentavit.
[4] V. holocausti.
[5] V. hostiam.
[6] V. discurrent.
[7] V. in.

Fol. 180 b.

Luc. vi. 20-23.
[1] A. V. *om.* [2] A. V. quia.
[For various readings see fol. 167 a.] [3] A. *om.*

### communio

Gaudete iusti in domino alleluia. rectos decet collaudatio alleluia. alleluia.

Ut percepta nos domine sancta uiuificent sanctorum martirum tuorum merita gloriosa nos adiuuent. per.

Fol. 181 a.

### unius confessoris non pontificis [1]

Os iusti meditabitur sapientiam et linga eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius

**psalmus** Noli e*mulari*.

### oratio

Adesto domine precibus nostris quas in sancti. N. confessoris tui commemoratione deferimus ut qui nostrę iustitiæ fiduciam non habemus eius qui tibi placuit precibus et meritis adiuuemur. per.

### sapien[tię.]

Sap. x. 10-14.

Iustum deduxit dominus [1] per uias rectas:⁄ et ostendit illi regnum dei. et dedit illi scientiam sanctorum; honestauit illum in laboribus:⁄ et compleuit labores illius; in fraude circumuenientium [2] illi [3] affuit [3]:⁄ et honestum fecit illum; custodiuit eum ab inimicis:⁄ et a seductoribus liberauit [4] illum; et certamen forte dedit illi ut uinceret:⁄ et sciret quoniam omnium potentior est sapientia. hec uenditum iustum non dereliquit:⁄ sed a peccatoribus liberauit eum; descenditque cum illo in foueam:⁄ et in uinculis non dereliquit illum; donec afferret illi sceptrum regni:⁄ et potentiam aduersus eos qui eum deprimebant; et mendaces ostendit qui maculauerunt illum; et dedit illi claritatem ęternam. dominus [5] deus [5] noster. [5]

Fol. 181 b.

**gradale** Iurauit dominus et non penitebit eum *tu es sacerdos in secundum ordinem Melchisedech*.

**v** Dixit dominus domino meo *sede* a *meis*. Alleluia

**v** Iustus germinauit *sicut lilium* et f*lorebit ante* dominum.

**gradale** Qui seminant in lacrimis in gaudio metent.

**v** Euntes ibant et m*ittentes semina* sua.

**v** Uenientes autem uenient cum ex*ultatione* portantes m*anipulos suos*.

Fol. 182 a.

**gradale.** Beatus uir qui t*imet dominum* in eius *cupit* nimis.

**v** Potens in terra erit semen eius *generatio rectorum benedicetur*.

**v** Gloria et di*uitiæ* in eius et eius m*anet* in *seculum*. Alleluia.

[1] [So R. = S. De quocunque confessore, with considerable variations.]

[1] V. *om.*

[2] V. + illum.

[3] V. affuit illi.

[4] V. tutavit.

[5] V. *om.*

v Elegi te dominus sibi in sacerdotem magnum in populo suo.

Luc. xi. 33-36.

**secundum lucam**

[1] In illo tempore: dixit dominus ihesus discipulis suis[1] nemo lucernam ascendit[2] et in abscondito ponit neque sub modio sed super[3] candelabrum: ut qui ingrediuntur lumen uideant; lucerna corporis tui: est oculus tuus[4]. fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit; si autem nequam fuerit: etiam corpus tuum. tenebrosum erit; uide ergo: ne lumen quod in te est tenebrę sint; si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit non habens aliquam partem tenebrarum: erit lucidum totum; et sicut lucerna fulgoris: illuminabit te.

[1.1] A. V. *om.*
[2] A. V. accendit.
[3] A. V. supra.
[4] A. V. + si oculus tuus.

Fol. 182 b.

**offertorium**

Desiderium animę eius tribuisti ei et uolun*tate* labo*rum* eius non frau*dasti* eum. alleluia.

P.

**secreta**

Eius tibi precibus domine quesumus grata reddatur oblatio pro cuius festiuitate immolatur. per.

**communio**

Fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suam ut det illis in tempore tritici mensuram.

Ut nobis domine tua sacrificia dent salutem. beatus. N. confessor tuus quesumus precator accedat. per.

## unius confessoris et pontificis[1]

[1] [= R. Com. Confessoris Pontificis. S. In natali unius confessoris. With variations.]

Statuit ei dominus testamentum pacis et principem fecit eum ut sit illi sacerdotii digitas in eternum.
psalmus. Misericordias domini in eternum

**oratio**

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra uirtute subsistimus: concede propitius. ut intercessione beati N confessoris tui atque pontificis contra omnia aduersa muniamur. per.

Fol. 183 a.

[Adapted from Ecclus. xliv., xlv.]

**lectio libri sapientię**

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo: et inuentus est iustus; et in tempore iracundiæ: factus est reconciliatio; non est inuentus similis illi: qui conseruaret legem excelsi; ideo iure iurando: fecit illum dominus crescere in plebem suam benedictionem omnium gentium dedit illi: et testamentum suum confirmauit super caput eius: cognouit eum in

benedictionibus suis:⁄ conseruauit illi misericordiam suam. et inuenit gratiam coram oculis domini; magnificauit eum in conspectu regum:⁄ et dedit illi coronam gloriæ; statuit illi testamentum sempiternum:⁄ et dedit illi sacerdotium magnum et beatificauit illum in gloria; fungi sacerdotio et habere laudem in nomine ipsius et offerre illi incensum dignum:⁄ in odorem suauitatis. Fol. 183 b.

**gradale** Ecce sacerdos m*agnus* qui in *suis placuit* deo. Non est inuentus similis *illi* qui con*seruaret* le*gem* excelsi.

**secundum matheum** Mat. xxv. 14-23.

[1] In illo tempore dixit dominus ihesus discipulis suis. parabolam hanc[1] homo quidam[2] peregre proficiscens uocauit seruos suos:⁄ et tradidit illis bona sua; et uni dedit quinque talenta:⁄ alii autem duo alii uero unum; unicuique secundum propriam uirtutem:⁄ et profectus est statim; abíít autem qui quinque talenta acceperat:⁄ et operatus est in eis et lucratus est alia quinque: similiter[a] qui duo acceperat:⁄ lucratus est alia duo: qui autem unum acceperat abiens fodit in terram[3] et abscondit peccuniam[4] domini sui; post multum uero temporis:⁄ uenit dominus seruorum illorum et posuit rationem cum eis; et accedens qui quinque talenta acceperat:⁄ obtulit[5] alia quinque talenta dicens; domine:⁄ quinque talenta tradidisti[6] mihi[6]:⁄ ecce alia quinque super lucratus sum; ait illi dominus eius; euge serue[7] bone[7] et fidelis:⁄ quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam; intra in gaudium domini tui; accessit autem[8] qui duo talenta acceperat:⁄ et ait; domine:⁄ duo talenta tradidisti mihi:⁄ ecce alia duo lucratus sum. ait illi dominus eius; euge serue[7] bone[7] et fidelis:⁄ quia super pauca fuisti fidelis super[9] multa te constituam intra in gaudium. domini tui.

[1] [1] A. V. sicut enim.
[2] A. V. *om.*
[a] V. + et.
[3] A. terra.
[4] A. V. pecuniam.
Fol. 184 a.
[5] A. optulit.
[6] A. *transposes.*
[7] A. bone serve.
[8] V. + et.
[9] A. supra.

**offertorium.**

Ueritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exal*tabitur cornu* eius.

**secreta**

Hostias quas tibi offerimus domine propitius suscipe. et intercedente beato confessore tuo atque pontifice uincula peccatorum nostrorum absolue. per. Fol. 184 b.

**communio**

Beatus seruus qui cum uenerit dominus inuenerit

uigilantem amen dico uobis super omnia bona sua constituet eam.

**postcommunio**

Diuini muneris largitate satiati quesumus domine deus noster intercedente beato. N. confessore tuo atque pontifice. eius semper participatione uiuamus.

## Plurimorum confessorum.[1]

[1] [= R. alia Missa de eodem Communi. S. In natali unius confessoris et doctoris. With variations.]

Sacerdotes dei benedicite dominum sancti et humiles corde laudate deum.

Benedicite omnia opera domini domino et super exaltate eum in secula.

Deus qui conspicis nos ex nostra infirmitate deficere. ad amorem tuum nos misericorditer. per sanctorum tuorum exempla restaura. per.

**ad ebreos.**

Heb. vii. 23-27.

Fol. 185 a.

Fratres[1]✓ plures facti sunt sacerdotes secundum[a] legem[a]✓ iccirca[2] quod morte prohiberentur[A] permanente;[3] ihesus[b] autem eo quod manet[c] in eternum✓ sempiternum habet sacerdotium; unde et saluare in perpetuum[4] potest✓ accedens[5] per semet ipsum ad deum [A]semper uiuens ad interpellandum[A] pro nobis; talis enim decebat. ut nobis esset pontifex✓ sanctus innocens impollutus[6] segregatus a peccatoribus.[7] et excelsior celis factus; qui non habet cotidie[d e] necessitatem[e] quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre✓ deinde pro populo;[f] hoc enim fecit[8] se[g] offerendo semel[9]✓ dominus[10] noster ihesu christus.[10]

[1] A. V. Et alii quidem.
[a] A. V. *om.* [2] A. V. idcireo.
[A] [Erasures have taken place, and these words have been partially rewritten, probably by a later hand.]
[3] A. V. permanere.
[b] A. V. hic. [c] A. V. maneat.
[4] A. perpetuo.
[5] A. V. accedentes.
[6] A. inpollutus.
[7] A. peccatis. [d] V. quotidie.
[e] V. + *transposes.*
[f] A. V. populi.
[8] A. V. + semel.
[g] V. + ipsum. [9] A. *om.*
[10.10] A. V. *om.*

**gradale.** Timete dominum omnes sancti eius quoniam nihil deest timentibus eum.

Fol. 185 b.

℣ Inquirentes autem dominum non deficient omni bono. Alleluia

℣ Sancti et iusti in domino gaudete uos elegit deus in hereditatem sibi.

**secundum lucam.**

Luc. xii. 36-40.

[1] In illo tempore✓ dixit dominus ihesus discipulis suis;[1] sint lumbi uestri precincti✓ et lucerne ardentes[2] in manibus uestris;[2] et uos similes hominibus expectantibus dominum suum✓ quando reuertatur a nuptiis; ut cum uenerit et pulsauerit✓ confestim aperiat[3] ei; beati sui[4] illi✓ quos cum uenerit dominus inuenerit uigilantes; amen dico uobis✓ quod precinget[5] se et faciet illos discumbere. et transiens ministrabit illis; et si uenerit in secunda

[1.1] A. V. *om.*
[2.2] A. *om*
[3] A. V. aperiant.
[4] A. V. servi.
[5] A. præcingit.

uigilia[6] uenerit et ita inuenerit: beati sunt[7] serui illi; hoc autem scitote quoniam si sciret pater familias qua hora fur ueniret: uigilaret utique et non sineret perfodi[8] domum suam; et uos estote parati: quia qua[9] non putatis filius hominis ueniet.

[6] A. V. + et si in tertia vigilia.
[7] A. *om.*
Fol. 186 a.
[8] A. perfodiri.
[9] A. V. + hora.

**offertorium**

Letamini iusti in et ius*ti* et o*mnes recti corde*

**secreta**

Da nobis domine pure devotionis affectum et intercedentibus sanctis tuis etiam munera nostra propitius intuere. per.

**communio**

Ego uos elegi de mundo quia mundus odie uos ha*bet*.

P. D. 91 b.

Sumpta munera domine sanctorum confessorum tuorum .N. et N. precibus santificationem nobis quesumus operentur: per.

## unius uirginis et martiris[1]

[1] [= R. pro virgine et martyre. S. In natali unius virginis et martyris. With variations.]

Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum et non con*fundebar*. et meditabor in mandatis t*uis* quo d*ilexi* nimis

**psalmus** Beati immaculati.

Deus qui inter cetera potentiæ tuæ miracula etiam in sexu fragili uictoriam martirii contulisti: concede propitius. ut cuius natalicia colimus. per eius ad te exempla gradiamur. per.

Fol. 186 b.

**sapientie**

Ecclus. li. 13-17.

[1] Domine deus meus[1] exaltasti super terram habitationem meam: et pro morte defluenti[2] deprecata[3] sum inuocaui dominum patrem domini mei: ut non derelinquat me in die tribulationis meæ[4] in tempore superborum sine adiutorio; laudabo nomen tuum assidue: et collaudabo illud in confessione et exaudita est oratio mea;[4] liberasti me de perditione: et eripuisti me de tempore in[5] quo;[5] propterea confitebor et laudem dicam nomini tuo[6]: domine.[7]

[1.1] V. *om.*
[2] V. defluente.
[3] V. deprecatus.
[4] V. + et.
[5] V. iniquo.
[6] V. *om.*
[7] V. domini.

**gradale.** Propter ueritatem et mansuetudinem et iustitiam et deducet te mirabiliter dextera tua.

**u** Audi filia et uide et inclina aurem tuam quia concupiuit rex faciem tuam.

**gradale.** Qui seminant.

℞. ℞. Alleluia.

**u** Speci*e* tua et tua i*ntende* pro*spere* proc*ede* et.

[1] In illo tempore: dixit dominus ihesus discipulis suis;[1] simile est regnum celorum the-

Fol. 187 a.
Mat. xiii. 44-52.
[1.1] A. V. *om.*

sauro abscondito in agro:´ quem qui inuenit homo abscondit et pre gaudio illius uadit et uendit uniuersa que habet et emit agrum illum; iterum simile est regnum celorum homini negotiatori:´ querenti bonas margaritas inuenta autem una pretiosa margarita:´ abíít et uendidit omnia que habuit et emit eam; iterum simile est regnum celorum sangine[2] missę in mare:´ et ex omni genere piscium congregandi;[3] quam cum impleta esset educentes. et secus litus sedentes:´ elegerunt bonas[4] in uassa[5] sua.[6] malos autem foras miserunt; sic erit in consummatione seculi; exibunt angeli:´ et separabunt malos de medio iustorum. et mittent eos in caminum ignis; ibi erit. fletus et stridor dentium; intellexistis hec omnia? dicunt ei; etiam ait illis; ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patri familias:´ qui profert de thesauro suo:´ noua et uetera.

[2] A. V. sagenæ.
[3] A. V. congreganti.
[4] A. V. bonos.
[5] A. V. vasa.
[6] A. V. *om.*

Fol. 187 b.

**offertorium**

Difusa est gratia in tuis *propterea benedixit* te *deus* in.

**secreta**

P.

Grata tibi sint quesumus domine munera quibus sanctę. N. martiris tuæ magnifica passio recensetur. per

**communio**

Simile est regnum celorum homini negotiatori querenti bonas margaritas inuenta una pretiosa dedit omnia sua et comparauit eam.

**postcommunio**

Fol. 188 a. S. p. 886.

Redemptionis nostrę misteria sumentes domine deus ut beate. N. martiris tuæ meritis muniamur et uisionis tuæ gloria perfruamur. per dominum

## Unius uirginis non martiris[1]

[1] [= R. Pro virgine tantum. S. In natali unius virginis non martiris. With variations.]

Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem propterea unxit te deus deus tuus oleo pre participibus tuis.

**Psalmus** Eructauit cor.

Deus qui nos hodie beate. N. annua sollennitate lætificas concede propitius ut eius adiuuemur meritis cuius castitatis irradiamur exemplis. per.

2 Cor. x. 17-xi. 2.

**ad corintheos.**

Fratres[1]:´ qui[2] gloriatur in domino glorietur; non enim qui semet[a] ipsum commendat ille probatus est:´ sed quem deus commendat; utinam sustineretis modicum quid insipientiæ

[1] A. V. *om.* [2] A. V. + autem.
[a] V. se.

meæ✓ sed et subportate[3] me; emulo[4] enim uos dei emulatione; despondi[5] enim uos uni uiro uirginem castam exhibere christo.

[3] A. V. supportate.
[4] A. V. æmulor.
[5] A. dispondi.

**gradale.** Difusa est gra*tia* in t*uis propterea benedixit* te d*eus* in.

Propter ueritatem et et et te m*irabiliter dextera* tua. Alleluia — Fol. 188 b.

**v** Spec*ie* tua

### euangelium

Mat. xiii. 44.

Simile est regnum celorum thesauro abscondito. rl.

### offertorium

Difusa est gra*tia* in t*uis propterea benedixit te.*

Annue quesumus omnipotens deus ut sacrificia pro sanctę. N. uirginis tuæ festiuitate oblata. desiderium nos temporale doceant habere contemptui✓ et ambire dona faciant celestium gaudiorum. per. — P.

### communio.

Simile est regnum

### postcommunio

Hec in nobis domine gratia tua semper exerceat ut et diuinis instaurat nostra corda misteríís. et sancte uirginis tuę. N. commemoratione lętificet. per. — S. p. 963.

## Plurimarum uirginum[1]

[1] [This Missa differs both from R. Plur. Virg. et Mart. and S. In natali plur. Virg.]

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore sanctorum uirginum de quarum sollennitate gau*dent angeli* et f*ilium.*

**Psalmus** Eructauit cor meum uerbum b*onum.*

Sanctarum uirginum tuarum quesumus domine supplicationibus tribue nos foueri. ut quarum uenerabilem commemorationem agimus earum intercessionibus commendemur et meritis. per. — Fol. 189 a. P.

### sapien[tie]

Sap. iv. 1, 2. S. p. 728.

O quam pulcra[1] est casta generatio✓ cum claritate; immortalis est enim memoria illius✓ quoniam et apud deum nota est. apud homines; cum presens est imitantur illam✓ et desiderant eam cum seduxerit.[2] et in perpetuum coronata triumphat; in quo inquinatorum[3] certaminum✓ primum[4] uincens.

[1] V. pulchra.
[2] V. se eduxerit.
[3] V. incoinquinatorum.
[4] V. præmium.

**gradale** Anima nostra. Alleluia.

**v** Adducentur regi u*irgines* post *eam proxime* eius *afferentur* tibi.

[1]In illo tempore✓ dixit dominus ihesus dis- — Mat. xxv. 1-13. [1 1] A. V. *om.*

[2] A. V. + tunc. [3] A. V. erit.

Fol. 189 b.

[4] A. sumserunt.
[5] A. V. vasis.

[6] A. V. oleo.

[7] A. V. sufficiat.

Fol. 190 a.
[8] A. *om.* [9] A. V. veniunt.

[10] A. V. itaque.

cipulis suis parabolam hanc;[1 2] simile est[3] regnum celorum decem uirginibus:⁄ que accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso et sponsæ; quinque autem ex eis erant fatuę:⁄ et quinque prudentes; sed quinque fatue acceptis lampadibus:⁄ non sumpserunt[4] oleum secum; prudentes uero acceperunt oleum in uassis[5] suis:⁄ cum lampadibus; moram autem faciente sponso dormitauerunt omnes:⁄ et dormierunt media autem nocte clamor factus est:⁄ ecce sponsus uenit exite obuiam ei; tunc surrexerunt omnes uirgines ille:⁄ et ornauerunt lampades suas; fatue autem:⁄ sapientibus dixerunt; date nobis de leo[6] uestro:⁄ quia lampades nostre extinguntur; responderunt prudentes dicentes; ne forte non sufficiant[7] nobis et uobis; ite potius ad uendentes et emite uobis; dum autem irent emere:⁄ uenit sponsus et que par$_{a}$te cr$_{a}$nt intrauerunt cum eo ad nuptias et clausa est ianua; nouissime uero[8] uenerunt[9] et relique uirgines:⁄ dicentes; domine domine:⁄ aperi nobis; at ille respondens:⁄ ait; amen dico uobis:⁄ nescio uos; uigilate ergo[10]:⁄ quia nescitis diem:⁄ neque horam.

### offertorium

Offerentur regi *uirgines* post *eam proximæ* eius afferentur in l*etitia*.

### secreta

R. p. xxxiii., with variations.

Attende quesumus domine munera altaribus tuis per sanctarum uirginum tuarum commemoratione proposita. ut sicut beata misteria illius gloriam contulisti:⁄ ita nobis indulgentiam largiaris. per

### communio

Quinque prudentes uirgines acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus alleluia.

### postcommunio

P. D. 98 b.
Gerbert. *Lit. Al.* i. 41.

Respice domine propitius plebem tuam et quam diuinis tribuis participare sacramentis:⁄ sanctarum uirginum tuarum meritis ab omnibus absolue peccatis. per.,

Fol. 190 b.
[A blank page, with a collect written by a different hand on its lower margin. See Introd., p. 32.]

## Incipit ordo baptismi secundum * *

Fol. 191 a.

[There are considerable variations here from the Ordo Baptismi in the S. Manual, and in the Rit. R.; comp. Greg. Sacr.; Grimoldi Sacr. in Pamelius *Liturg.* tom. ii.; Gerbertus, *Liturg. Aleman.* ii. 8.]

**Inprimis interroget presbiter nomen infantis et sufflet in faciem eius tribus uicibus ita dicendo.**

Exi satana redde honorem deo uiuo et uero. redde honorem iesu christo et filio et spiritu sancto paraclito.

**Deinde faciat crucem cum pollice in fronte eius ita dicendo.**

Signum crucis salvatoris domini nostri iesu christi in frontem tuam pono.

**Deinde faciat crucem ita dicens**

Signum crucis salvatoris domini nostri iesu christi in pectus tuum pono. **super** *

Signo oculos tuos ut uideas claritatam dei.
Signo aures ut audias uerbum dei.
Signo nares tuas ut percipias odorem sauitatis.

**super os**

Signo os tuum ut confitearis ei. Fol. 191 b.
Signo cor tuum ut credas in eum.
Signaculum dei patris et filii et spiritus sancti qui te sanum et integrum faciet omni tempore uitæ tuæ tibi trado ut nullam habeat diabolus portionem in te. sed trinitas diuina reget te in uitam ęternam.,

**Post hec ponat sacerdos manum suam super caput infantis masculi tam quam feminę faciens crucem in fronte eius et dicens.**

Accipe signaculum dei patris et. et. *spiritus*

**oratio**

Omnipotens sempiterne deus pater domini nostri iesu christi respicere dignare super hunc[a] famulum[a]. N. quem ad rudimenta fidei uocare dignatus es omnem cecitatem cordis ab eo[n]. expelle. dirumpe omnes laqueos satanę quibus fuerat[n] colligatus aperi ei domine ianuam pietatis tuę ut signo sapientię tuę inbutus[n] omnium cupiditatum careat[n] fetoribus. et ad sāuem odorem preceptorum tuorum lętus[n] tibi in ęcclesia tua deseruiat[n] et proficiat[n] de die in diem ut idonius[a] efficiatur[n] accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina. per. Fol. 192 a.

super masc*ulum* et femi*nam* similiter.

Preces nostras quesumus domine clementer exaudi et h$\overset{a}{u}$nc elect$\overset{a}{u}$m t$\overset{a}{u}$um crucis dominicę cuius impressione eum signamus custodi ut magnitudinis glorię tuę rudimenta fidei seruans per custodiam mandatorum tuorum ad regene-
Fol. 192 b. rationis gloriam peruenire mereatur. per.

**oratio**

Deus qui humani generis ita es conditor ut sis etiam reformator propitiare populis adoptiuis et nouo testamento sobolem nouę prolis ascribe ut filii promissionis quod non potuerunt assequi per naturam gaudeant se recepisse per gratiam. per dominum.

**consecratio salis.**

Exorcizo te creatura salis. in nomine dei patris omnipotentis et in caritate domini nostri ihesu christi et in uirtute spiritus sancti. exorcizo te creatura salis per deum uiuum per deum ue ✠ rum per deum sanctum qui te ad tutelam humani generis procreauit et populo uenienti
Fol. 193 a. ad credulitatem per seruos suos consecrari precepit. proinde rogamus te domine deus noster ut hec creatura salis in nomine sanctæ trinitatis efficiatur salutare sacramentum ad effugandum inimicum quam tu domine santificando sanctifices benedicen ✠ do benedi ✠ cas ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina permanes in uisceribus eorum in nomine domini nostri ihesu christi qui ue*nturus*.

Deinde ponit de ipso sale in os infantis

Accipe salem. N. sapientię ut habeas uitam eternam. amen.

Dominus uobiscum

Deus patrum nostrorum deus uniuersę conditor creature[1] te supplices exoramus ut hunc famulum. N. respicere digneris propitius et hoc primum pabulum salis gustantem non diutius essurire permittas quatinus cibo expleatur
Fol. 193 b. celesti quatenus sit semper spiritu feruens spe gaudens tuo semper nomini seruiens perduc eum ad nouę regenerationis lauacrum et cum fidelibus tuis promissionum tuarum eterna premia consequi mereatur. per eundem.

Deinde faciat crucem in fronte eius ita dicens

Accipe signaculum crucis in nomine patris et filii et spiritus sancti. amen.

[1] R. veritatis.

tam super mares quam super feminas.

Deus abraam. deus isaac. deus iacob. deus qui moysen famulo tuo in monte sinai apparuisti et filios israhel de terra ęgipti eduxisti. deputans ei angelum pietatis tue qui custodiret eos die ac nocte. te quesumus domine ut mittere digneris sanctum angelum tuum. ut simi- Fol. 194 a. liter custodiat et hunc famulum tuum. N. et perducat eum ad gratiam baptismi tui. per eum qui.

super mas*culos* tantum faciat crucem in fronte eius

Deus immortale presidium omnium postulantium. liberatio supplicum pax rogantium. uita credentium resurrectio mortuorum. te inuocamus domine super hunc famulum tuum qui baptismi tui donum petens eternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderat accipe eum domine. et qui dignatus es dicere. petite et accipite querite et inuenietis pulsate et aperietur uobis petenti itaque premium porrige. et ianuam pande pulsanti ut eternam celestis lauacri benedictionem consequtus promissa tui muneris regna percipiat per eundem.

## expulsio diaboli. Fol. 194 b.

Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam et da honorem deo uero et uiuo. da honorem ihesu christo filio eius et spiritui sancto et recede ab hoc famulo dei. quia istum sibi deus et dominus noster ihesus christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem fontemque baptismatis dono suo uocare dignatus est et hoc signum sanctę crucis quod fronti eius damus tu maledicte diabole numquam audias uiolare. per.

super mas*culos* tantum canitur. et dicat sacerdos.

Accipe N. *signaculum domini.*

Audi male*dicte* satana adiuratus per nomen eterni dei et saluatoris nostri ihesu christi filii eius cum tua uictus inuidia. tremens gemensque discede. nihil tibi sit commune cum seruo dei iam celestia cogitante ac remunerante tibi et seculo tuo et beata immortalitate uicturo. da Fol. 195 a. igitur honorem aduenienti spiritui sancto. qui ex summa celi arce descendens proturbatis fraudibus tuis diuino fonte purgatum pectus id est sanctificatum deo templum et habitaculum

proficiat ut ab omnibus penitus preteritorum criminum liberatus seruus dei gratias perenni deo referat semper et. benedicat nomen eius in secula seculorum. amen.

Ergo mal*edicte* diabole.

Item super mares faciat crucem in frontibus eorum.

Exorcizo te immunde spiritus et nomine patris et filii et spiritus sancti. ut exeas et recedas ab hoc famulo dei. N. ipse enim tibi imperat[1] dampnate atque dampnande[1] qui pedibus super mare ambulauit et petro mergenti dexteram porrexit. Ergo m*aledicte* d*iabole.*

[1-1] R. maledicte damnate.

Item super feminas faciat crucem

Fol. 195 b.

Deus celi deus terrę deus angelorum deus archangelorum. deus patriarcharum. deus profetarum. deus apostolorum. deus confessorum. deus martirum. deus uirginum. deus omnium bene uiuentium. deus cui omnis lingă confiteatur[1] et omne genu flectetur[2] celestium et terrestrium et infernorum. te inuoco ut liberes hanc famulam tuam. N. et perducere eam et custodire digneris ad gratiam baptismi tui. Ergo mal*edicte.*

[1] R. confitetur.
[2] R. flectitur.

Item f*aciat* crucem super fem*inas*

P.

Deus abraam. deus isaac. deus iacob deus qui tribus israhel de ęgiptiaca seruitute liberatas per moysen famulum tuum de custodia mandatorum tuorum in deserto nonuisti et sussannam de falso crimine liberasti. te supplex deprecor domine ut liberes hanc famulam tuam. N. et perducere eam digneris ad gratiam baptismi tui. Ergo mal*edicte.*

Item f*aciat* crucem super f*eminas.*

Fol. 196 a.

Exorcizo te immunde spiritus per patrem et filium et spiritum sanctum. ut exeas et recedas ab hac famula dei. N. ipse enim tibi imperat maledicte dampnate atque[1] damnande[1] qui ceco nato oculos aperuit et quadriduanum lazarum suscitauit de monumento. Ergo mal*edicte*

[1] R. *om.*

Tam super masculos quam super feminas. crucem fa*ciat.*

Eternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor domine sancte pater omnipotens ęterne deus qui es auctor luminis et ueritatis ut super hunc famulum[a] tuum[a]. N. [1]benedictionem tuam infundas et[1] digneris eum illuminare lumine et

[1.1] R. *om.*

intelligentię tuę munda eum et sanctifica. da ei scientiam ueram ut dignus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui. teneat firmam spem consilium rectum doctrinam sanctam ut aptus[a] sit ad perficiendam[2] gratiam tuam. per eum qui.

Hac expleta imponat sacerdos manum super caput

infantis et dicat
Dominus uobiscum.
R ei. Et cum spiritu tuo.

Et ponant circumstantes manus suas super corpus in*fantis*

## sequentia sancti euangelii secundum marcum

[1] In illo tempore [1] ✓ offerebant ihesu [2] paruulos ut tangeret eos.[3] discipuli autem comminabantur offerentibus; quod cum uidisset [4] ihesus indigne tulit et ait illis; sinite paruulos uenire ad me et ne prohibueritis eos; talium est[a] enim[a] regnum celorum.[5] amen dico uobis quisquis[6] non receperit regnum dei sicut[7] paruuli.[8] non intrabit in illud; et complexans eos et imponens manum[9] super illos benedicebat eos;

Dicit sacerdos circumstantibus. cantate simbalum apostolicum. et orationem dominicam. postea imponat manum super caput infantis et catacizet eum his *

Nec te lateat satana imminere tibi penas imminere tibi tormenta imminere tibi diem iudicii diem supplicii sempiterni diem qui uenturus est uelut clibanus ardens in quo tibi atque uniuersis angelis tuis [1] ęternus ueniet [1] interitus. proinde dampnate atque damnande. da honorem deo uiuo.[2] da honorem ihesu christo filio eius et spiritu sancto [3] in cuius nomine atque uirtute precipio tibi quicumque spiritus immunde ut exeas et recedas ab hoc famulo dei. N. quem hodie [4] dominus noster ihesus christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem fontemque baptismatis dono suo uocare dignatus est ut fiat eius templum per aquam regenerationis in remissionem omnium peccatorum in nomine domini nostri ihesu christi qui uenturus est in*dicare*.

Deinde cum digito tangat nares et aures de sputo [1] et dicat ei ad aurem dextram. et ad narem.

Effeta quod est adaperire in odorem sanitatis.

ad aurem dextram

[2] R. percipiendam.

Fol. 196 b.

P.

[S. There is no gospel in the present R. Ordo.]

Marc. x. 13-16.
1.1 A. V. Et.
2 A. V. illi.
3 A. V. illos.
4 A. V. videret.
a V. *transposes*.
5 A. V. dei.
6 A. quisque.
7 A. V. velut.
8 A. V. parvulus.
9 A. V. manus.

Fol. 197 a.

1.1 R. præparatus sempiternus erit.
2 R. + et vero.
3 R. + Paraclito.
4 R. + idem deus et.

1 R. saliva.

Tu autem effugare diabole.

et ad aurem sinistram

Fol. 197 b.

Appropinquauit enim iudicium dei.

Benedictio dei patris et filii et spiritus sancti descendat super te et maneat semper tecum.

Sacerdos intrat in templum cum infante et cum circumstantibus et dicat.

Ingredere in templum dei[1] uiui ut habeas uitam ęternam et uiuas in secula[1]

[1.1] R. ut habeas partem cum Christo in vitam æternam.

Sacerdos accedat ad fontem et benedicat eum his uerbis.

Exi satanas da honorem deo uiuo fuge spiritus immunde da locum spiritui sancto paraclito

Kyrri el*eyson*. christe el*eyson*. christe audi nos.

Pater de celis deus miserere nobis.

Filii redemptor mundi deus miserere no*bis*.

There is a similar Lit. in the Baptismal Office in the "Rede Boke of Darbye," MS. sæc. xi. C.C.CC.

Spiritus sancte deus m*isere* no*bis*
Sancta trinitas unus deus.
Sancta maria or*a* pro.
Sancta uirgŏ uirginum. or*a*
Sancta dei genitrix. or*a*
Sancte michael
Sancte gabriel
Sancte pilippe or*a*
Sancte bartholo*mee* or*a*
Sancte mathee or*a*
Sancte toma or*a*
Sancte iacobe or*a*
Sancte simon or*a*
Sancte tathee or*a*
Sancte mathia or*a*
Sancte barnaba or*a*
Sancte luca or*a*
Sancte marce or*a*
Sancte zep*h*ane or*a*
Sancte line or*a*
Sancte anclete or*a*
Sancte clemens or*a*
Sancte ignati or*a*
Sancte xiste or*a*
Sancte cornelíí or*a*
Sancte paule or*a*
Sancte antoni or*a*

Fol. 198 a.

Sancte raphael
Sancte iohannes bap*tista ora*
Sancte petre or*a*
Sancte paule or*a*
Sancte andrea or*a*
Sancte iohannes or*a*
Sancte iacobe or*a*
Sancte cipriane or*a*
Sancte laurenti or*a*
Sancte georgi or*a*
Sancte martine or*a*
Sancte siluester or*a*
Sancte leo or*a*
Sancte hilarii or*a*
Sancte ambrosii or*a*
Sancte augustine or*a*
Sancte hironime or*a*
Sancte grigorii or*a*
Sancte benedicte or*a*
Sancte patrícii[1] or*a*
Sancte columbe[2] or*a*
Sancte brendine[3] or*a*
Sancte finniane[4] or*a*
Sancte ciarane[5] or*a*
Sancte fursee[6] or*a*
Sancta anastassia or*a*
Sancta eugenia ora

Fol. 198 b.

[1] Apostle of Ireland, d. 493.
[2] Abbot of Iona, d. 597.
[3] Abbot of Clonfert, d. 577.
[4] Abbot of Clonard, d. 552.
[5] Abbot of Clonmacnoise, d. 548.
[6] Irish abbot, d. 653.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sancte nicolai | or*a* | Sancta lucia | or*a* |
| Sancta felicitas | or*a* | Sancta scholastica | or*a* |
| Sancta perpetua | or*a* | Sancta petronilla | or*a* |
| Sancta agatha | or*a* | Sancta margareta | or*a* |
| Sancta agna | or*a* | Sancta brigida | or*a* |
| Sancta cicilia | or*a* | Omnes sancti orate pro nobis | |

Propitius esto parce nobis domine.

Propitius esto libera nos domine. Ab omni malo

A clade et peste et fame l*ibera* n*os* d*omine*

Ab hoste malo l*ibera* n*os* domine.

A periculo mortis l*ibera*.

Ab ira tua l*ibera*.

Per crucem tuam l*ibera* n*os* domine.

Peccatores te rogamus audi n*os*.

Ut pacem nobis dones t*e* r*ogamus* a*udi* n*os*.

Ut sanitatem nobis d*ones* t*e* r*ogamus* a*udi* n*os*.

Ut aeris temperiem n*obis*

Ut remissionem omnium peccatorum nobis d*ones*.

Ut d*omnum* apostolicum in sancta relegione conseru*are* d*igneris*.

Ut ei uitam et sanitatem atque uictoriam concedere d*igneris* Fol. 199 a.

Ut dominum illum regem et exercitum christianorum in perpetua pace et prosperitate d*igneris*. See Introd. p. 47.

Ut populo christiano pacem et unitatem concedere d*igneris*.

Ut ęclesiam tum sublimare d*igneris*.

Ut istam congregationem in sancta relegione con*seruare* d*igneris*

Filii dei te rogamus audi nos.

Agne dei qui tollis peccata mu*ndi* parce n*obis* domine

Agne dei qui tollis pec*cata* mu*ndi* ex*audi* n*os* domine.

Agne dei qui tollis *peccata mundi* miserere nobis

Christe audi nos. Kyr*ri eleyson*. Christe. Kyrri el*eyson*

Dominus uobiscum. Et cum.

## Incipit consecratio fontis.

Omnipotens sempiterne deus. adesto magnę

pietatis tuę misteriis adesto sacramentis et ad recreandos nouos populos quons *tibi* fons baptismatis parturit spiritum adoptionis immitte
Fol. 199 b. humilitatis nostrę gerendum est misterio tue uirtutis impleatur effectu. per.

Dominus nobiscum ℟. Et cum spiritu tuo
Sursum cŏrda.
℟. Habeamus[1] ad dominum.
Gratiam agamus domino deo nostro.
℟. Dignum est iustum est

U. D. et iustum est ęquum et salutare nos tibi semper et ubique gratias domine sancte pater omnipotens ęterne deus. qui inuisibili potentia sacramentorum tuorum mirabiliter operaris effectum. et licet nos tuis misteriis exequendis simus indigni tu tamen gratię tuæ dona non deserens etiam ad nostras preces aures tuę pietatis inclinas. deus cuius spiritus super aquas inter ipsa mundi primordia ferebatur ut tunc iam uirtutem sanctificationis aquarum natura conciperet. Deus qui nocentis
Fol. 200 a. mundi crimina per aquas regenerationis abluens speciem in ipsa diluuii effusione signasti ut unius eiusdemque elementi misterio et finis esset uitíís et origo uirtutibus. respice ergo quesumus domine in facie ęclesię tuæ et multiplica in ea regenerationes tuas qui gratię tuę affluentis impetu letificas ciuitatem tuam fontemque baptismatis operis toto orbe terrarum gentibus innouandis ut tue maiestatis imperio sumat unigeniti tui gratiam de spiritu sancto.

híc tangat aquam in modum crucis.

Qui hanc aquam regenerandis hominibus preparatam arcana sui luminis[1] admixtione fecundet ut sanctificatione concepta ab immaculato diuini fontis utero in nouam renatam creaturam progenies emergat celestis. et quos
Fol. 200 b. aut sexus in corpore aut ætas discernit in tempore omnes in unam pariat gratia mater infantium

P. Hic sufflat ter in aquam

Procul ergo hinc iubente te domine omnis immundus spiritus.

P. iterum sufflat ter in aquam

Procul tota nequitia diabolicę fraudis absistat.

P. atque iterum sufflat ter in aquam

Nihil hic loci habeat cóntrarię uirtutis ad-

[1] R. S. habemus.

[1] R. numinis.

mixtio non insidiando circumuolet non latendo subripiat.[2] non inficiendo corrumpat. sit hec sancta et innocens creatura. libera ab omni impugnatoris incursu et totius nequitię purgata discessu.

[2] S. surrepat. R. subrepat.

Hic eleuat sacerdos aquam super manum dex*tram*.

Sit fons uiuus aqua regenerans unda purificans ut omnes hoc lauacro diluendi salutifero operante in eis spiritu sancto perfectæ purgationis indulgentiam consequamur. per.

hic aquam mittit in fontem.

Unde benedico te creatura aquæ per deum uiuum per deum uerum per deum sanctum per deum qui te in principio uerbo separauit ab arida cuius spiritus super te ferebatur qui te de paradiso manare precepit. Fol. 201 a.

Hic aquam in .iiii. partes diuiditur (or) in modum hu + ius figure.

Et in quatuor fluminibus totam terram rigare precepit qui te in deserto amaram săuitate indita fecit esse potabilem et sitienti populo de petra produxit. benedico te et per ihesum christum filium eius unicum dominum nostrum qui te in channan galileę signo admirabili suę potentię conuertit in uinum qui pedibus super mare ambulauit et ab iohanne in iordane in te baptizatus est qui te una cum sangine de latere suo produxit et discipulis suis iussit ut credentes in te baptizarentur dicens. ite docete omnes gentes baptizantes eas in nomine patris et filii et spiritus sancti. Fol. 201 b.

hic motat uocem quasi lectionem legens.

Hec nobis domine precepta seruantibus tu deus omnipotens clemens adesto tu benignus aspira.

Hic sufflat ter in aquam.

Tu has simplices aquas tuo ore benedicito ut preter naturalem emundationem quam lauandis posuit[1] adhibere corporibus sint etiam purificandis mentibus efficaces. per.

[1] S. possint. R. possunt.

Hic deponit in aquam guttas ardentes cereę in modum crucis[1]

[1] S.

Descendat in hanc plenitudinem fontis uirtus spiritus sancti et totam huius aquæ substantiam [1 2] regenerandis hominibus preparatam arcano sui luminis[1] fecundet effectu

[1-1] R. S. *om.*

[2] R. S. + regenerandi.

[1] R. Hic sufflat tribus uicibus in aquam in similitudinem huius figurę[1]

ψ Hic omnium maculę peccatorum deleantur hic natura ad imaginem tuam condita et ad honorem sui reformata principii cunctis uetustatis sclaloribus emundetur ut omnis homo hoc sacramentum regenerationis ingressus in uerę innocentię nouam infantiam renascantur.

Fol. 202 a.

P. Tunc spargat aquam super circumstantes et qui uoluerint accipiant aquam in uassis suis ad spergendum ubi uoluerint. postea dicat hanc orationem.

Sanctificetur et fecundetur fons iste salutis in nomine patris et filii et spiritus sancti ex eo renascentibus in uitam eternam. amen

Hic mittitur de oleo sancto in aquam in modum crucis.

Coniunctio olei unctionis et aquæ baptismatis in nomine patris et filii et spiritus sancti.

Hic mittat crisma solum in fontem.

Coniunctio crismatis huius sanctificationis et olei unctionis et aquę baptismatis in nomine patris et filii et spiritus sancti.

P. Ponant circumstantes manus super caput infantis deinde accipiat sacerdos manum dextram infantis et * * * *

Fol. 202 b.

Abrenuntias satanę. N. ℟

* dicit sacerdos Et omnibus pom * *

Abrenuntio

Iterum sacerdos dicit. Et *

℟ Abrenuntio

Sacerdos * *

Credis in deum patrem omnipotentem

R Credo.

iterum interrogat.

Credis in * christum filium eius unicum dominum

℟ Credo

Et iterum interrogat

Credis et in spiritum sanctum sanctamque ęclesiam catholicam sanctorum communionem remissionem peccatorum carnis resurrectionem[1] mortuorum[2] in[2] uitam eternam.

℟ Credo

Hic * infans. postea tangat * *
* * de oleo exorciza *
* faciat * uocato nomine *

Et ego te lino * oleo salutis in * ihesu domino nostro

[1] R. + et.
[2] R. *om.*

Et accipiat prespiter *

* * * * * * *

* * * * *

[* A leaf is missing here.]

b a

as çternam uitam et uiuas in secula seculorum. Fol. 203 a.

Hic uestitur infans. et si episcopus fuerit statim confirmare eum crismate oportet.[1]

**oratio**

Omnipotens sempiterne deus qui regenerasti famulum tuum ex aqua et spiritu sancto quique dedisti ei remissionem omnium peccatorum tribue continuam sanitatem et ueram scientiam ad cognoscendam unitatis tuæ ueritatem. per dominum. P.

**oratio**

Omnipotens sempiterne deus maiestatem tuam supplices deprecamur ut hunc famulum tuum. N. digneris serenis aspectibus presentare et cui donasti baptismi sacramentum longeuam tribuas ei sanitatem. per. P.

1 There is a similar rubric in the Missal of Robert of Jumièges at Rouen; S. Man.; "Rede Book of Darbye;" and in Ordines Bapt. xi. xii. in Martene de *Ant. Ec. Rit.* i. i. 18, in all of which communion as well as confirmation is ordered.

Fol. 203 b.
[Ordo ad faciendam aquam benedictam. Rit. Rom.]

Exorcizo te creatura salis per ✠ deum uiuum. per ✠ deum uerum. per ✠ deum sanctum. per deum qui te per helessium profetam in aquam mitti iussit. ut sanaretur sterilitas aquę. ut efficiaris sal exorcizatum in salutem. et sis omnibus te sumentibus sanitas animę et corporis:⁄ et effugiat atque discedat ab eo loco quo aspersum fueris omnis fantasie et nequitia uel uersutia diabolice fraudis:⁄ omnis que spiritus immundus adiuratus; per eum qui u*enturus.*

**oratio**

Immensam clementiam tuam omnipotens ęterne deus humiliter imploramus; ut hanc creaturam salis quam in usum generis humani tribuisti. bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare tua pietate digneris. ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis; et quicquid ex eo tactum uel respersum fuerit careat omni immundita:⁄ omnique impugnatione spiritualis nequitiæ; per uirtutem eiusdem domini nostri ihesu christi.

Fol. 204 a.

[* Exorcismus?]

*** aquae**

Exorcizo te creatura aquę in nomine dei pa ✠ tris omnipotentis; et in nomine ihesu christi filii eius do ✠ mini nostri; et in uirtute spiritus sancti:⁄ ut fias aqua exorcizata. ad effugandam omnem potestatem inimici; et ipsum inimicum eradicare et explantare ualeas cum angelis suis apostalicis. per uirtutem eiusdem domini.

**oratio.**

Deus qui ad salutem humani generis maxima queque sacramenta in aquarum substantia[1] adesto propitius inuocationibus nostris et elemento huic multimodis purificationibus preparato uirtutem tuę benedictionis infunde; ut creatura ministerii tui tibi seruiens ad abiiciendos demones morbosque pellendos. diuinę gratię sumat effectum:⁄ ut quicquid in domibus uel in locis fidelium hec unda resperserit. careat omni immunditia; liberetur a noxa:⁄ non illic resideat spiritus pestilens; non aura corrumpens:⁄ discedant omnes insidię latentis inimici; et si quid est quod aut incolomitati habitantium inuidet aut quieti; aspersione huius aquę effugiat:⁄ ut salubritas per inuocationem sancti tui nominis[A] ab omnibus sit impugnationibus defensa. per.

hic mittit sal in aquam

[1] Condidisti [added by a later hand on the margin].

Fol. 204 b.

[A] [Expetita has been written after and over nominis by a later hand.]

Commixtio salis et aquę pariter in nomine patris et filii et spiritus sancti.

dominus uobiscum

Deus inuictæ uirtutis auctor. et insuperabilis imperíí rex ac semper magnificus triumphator qui aduersę dominationis uires reprimis qui inimici rugientis seuitiam superas; qui hostiles nequitias potens expugnas; te domine trementes et supplices deprecamur ac petimus:' ut hanc creaturam salis et aquę dignanter accipias; benignus illustres. pietatis tuę more[1] sanctifices:' ut ubicumque fuerit aspersa per inuocationem sancti tui nominis. omnis infestatio immundi spiritus abiiciatur; terrorque uenenosi serpentis procul pellatur:' et presentia sancti spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus ubique adesse dignetur. per uirtutem eiusdem domini nostri. ihesu. christi. qui. Fol. 205 a.

[1] R. rore.

**ad processionem**

Asperges me domine isopo et cetera [Benedictio domorum. Rit. Rom.]

**v** Ostende n*obis* domine

**preces.** Domine exaudi orationem meam.

Dominus uobiscum.

**oratío**

Exaudi nos domine sancte pater omnipotens ęterne deus et mittere digneris sanctum angelum tuum de celis. qui custodiat foueat protegat uisitet ac defendat omnes habitantes in hac domu. per. Fol. 205 b.

## benedictio domus ubí ínfirmís íacet.

Pax huic domui et omnibus habitantibus in ea pax ingredientibus et regredientibus atque ad nostrę humilitatis introitum infirmus iste pristinam consequatur salutem

**oratío**

Adesto domine supplicationibus nostris et hanc domum serenis oculis tuæ pietatis illustra ut discendat super omnes habitantes in ea gratię tuæ larga benedictio ut in his manu sanctis[1] habitaculis cum salubritate manentes ipsi tuum semper sint habitaculum. per eum qui. u*erus* est.

This and the next two Collects occur in the S. Ordo famulos Dei includendi.

[1] S. factis.

**oratío.**

Exaudi nos domine sancte pater omnipotens ęterne deus ut si qua sint aduersa si qua *Ib.* Fol. 206 a.

con * ria in hac domu famuli tui auctoritate maiestatis tuæ pellantur. per eum.

*Ib.*

Benedic omnipotens deus domum istam ut sit nobis in ea sanitas sanctitas uirtus sanctimonia humilitas bonitas benignitas mansuetudo et plenitudo legis. et obedientia deo patri et filio et spiritui sancto. et sit benedictio super hanc domum et super omnes habitantes in ea. per.

[Visitatio infirmi.]

[This office exhibits many variations from the offices of R. Rit. and S. Man.]

hic sacerdos interroget de credulitate sua dicens.

Credis in deum patrem et filium et spiritum sanctum.

℟ Credo

interrogat iterum

Credis quod istæ tres personę quas modo diximus pater et filius et spiritus sanctus tres personę sunt et unus deus.

℟ Credo

iterum interrogat eum.

Credis quod in ipsa carne in qua nunc es resurgere habes in die iudicii et recipere siue bonum siue malum quod egisti.

℟ Credo

iterum in*ter*rog*at* eum.

Fol. 206 b.

Uis dimittere eis qui in te peccauerint domino dicente si non remisseritis hominibus peccata eorum neque pater uester celestis dimittet uobis peccata uestra.

Si respo*ndit*. Tunc predica ei ut se obseruet ab to .viii. principalibus uitíís. id est superbia. ira. fornicatione. auaritia. tristitia. uentris ingluuie. inani gloria et quecunque ex his nascuntur. faciat eum confiteri peccata sua et ad ultimum dicere. Multa sunt peccata mea in factis in uerbis in cogitationibus et in omnibus operibus malis. Deinde osculetur a cunctis.

Kyrri *eleyson.*
Pater noster.
Saluum fac seruum tuum
Mitte ei domine
Esto ei domine turris fortitudinis
Domine exaudi orationem
Dominus uobiscum. et.

Oremus dominum nostrum ihesum christum dilectissimi fratres et cum omni intenta supplicatione deprecamur ut hunc famulum suum. N. per angelum sanctum suum uisitare et letificare atque confortare dignetur. qui cum.

Fol. 207 a.

Deus qui famulo tuo ezechię. ter. quinos annos ad uitam donasti ita et famulum tuum a lecto erigat ad salutem.

Respice domine famulum tuum in infirmitate
sui corporis laborantem et hominem refoue
quem creasti ut castigationibus emendatus con-
tinuo sentiat tua medicina saluatum.

**oratío**

Domine sancte pater omnipotens ęterne deus
qui fragilitatem conditionis nostrę infussa uir-
tutis tuę dignatione confirmas ut salutaribus
remedíís pietatis tuę corpora nostra et membra
uegitentur super hunc famulum tuum pro-
pitiatus intende ut omni necessitate corporeę
infirmitatis exclusa gratię in eo pristinæ sani-
tatis perfecta reparetur. per.

Omnipotens sempiterne deus qui subuenis in Fol. 207 b.
periculis et necessitate laborantibus maiestatem
tuam suppliciter exoramus ut mittere digneris
sanctum angelum tuum qui famulum tuum in
angustiis et necessitatibus laborantem consola-
tionibus piis attollat quibus et de presenti con-
sequatur auxilium et eterna remedia compre-
hendat. per.

**oratío**

Deus qui facture tuę pio semper dominaris
affectu inclina aurem tuam supplicationibus
nostris et famulum tuum ex aduersa ualitudine
corporis laborantem placatus respice et uisita
in salutari tuo ac celestis gratię presta medi-
cinam. per.

Deus misericors deus clemens qui secundum
multitudinem miserationum tuarum peccata
penitentiam deles et preteritorum criminum
culpas uenia remissionis euacuas qui indulgen- Fol. 208 a.
tiam tuam nulla temporum lege concludis sed
pulsantibus misericordiæ tuę ianuam aperis
penitentes sub ipsius uitæ termino non repellis
respice propitius super hunc famulum tuum re-
missionem sibi omnium peccatorum tota cordis
contritione poscentem renoua in eo piissime
pater quod actione quod uerbo quod ipsa deni-
que cogitatione diabulica fraude uitiatum est
et unitati corporis ęcclesię membra tuæ redemp-
tionis adnecte miserere domine gemitum mise-
rere lacrimarum et non habentem fiduciam nisi
in tua misericordia ad sacramentum reconcilia-
tionis admitte quia nullius animę in hoc corpore
constitutę dificilis apud te aut tarda • catia
est fidelis enim es in uerbis tuis. qui conuersum
peccatorem non per longa temporum spatia

differendum sed mox ut ingemuisset dixisti esse saluandum. per.

**antifona** Saluator mundi salua nos omnes sancta dei genitrix uirgo semper maria ora pro

Fol. 208 b.

nobis precibus que sanctorum apostolorum martirum confe*ssorum* atque uirginum suppliciter petimus ut nos a malis omnibus mereamur erui bonisque omnibus nunc et semper perfrui mereamur.

**Psalmus.** dominus uobiscum.

**oratio.**

[Ordo minist. Sacr. Extremæ Unctionis.]
This Coll. occurs at the close of the R. office, but has been placed here in the revised old Catholic Rit.

Omnipotens sempiterne deus qui per beatum iacobum apostolum tuum dixisti si quis infirmatur in uobis inducat prespiteros æclesie et orent super eum ungentes eum oleo sancto nomine domini et oratio fidei saluau*it* infirmum et alleuabit eum dominus. et si in peccatis sit dimittentur ei. te suppliciter exoramus ut hic famulus tuus per ministerium sanctę unctionis et donum tuę sanctę pietatis peccatorum suorum ueniam consequi et ad uitam eternam peruenire mereatur. qui cum.

The following Pss. are in the S. Man. The R. Rit. substitutes the seven penitential Pss., or other prayers.

Sacerdote accedente ad infirmum incipiat iste

[1] Ps. xii.

**Psalmus** Usque quo domine o*bliuisceris.*[1]

quo decantato unget eum de oleo sancto et faciat crucem super oculos ita dicens.

Fol. 209 a.

Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per uisum. amen.

[2] Ps. xxix.

**psalmus** Exaltabo te domine.[2]

super aures.

Per istam unc*tionem* et suam. *peccasti* per auditum

[3] Ps. xlii.

**psalmus.** Indi*ca* me d*eus* d*iscerne.*[3]

Per istam u*nctionem* et. *peccasti* per odoratum

[4] Ps. liii.

**psalmus** Deus in nomine[4]

super labia.

Per istam unc*tionem* et per gustum et per illicita uerba.

[5] Ps. lxix.

**psalmus** Deus in ad*iutorium*[5]

super manus.

Per istam un*ctionem* et per tactum

[6] Ps. lxxxv.

**psalmus** Inclina domine[6]

super pedes

Per istam unc*tionem* per incessum.

[7] Ps. lxxxvii.

**psalmus** Domine deus salutis[7]

super umbilicum et cor. P.

Per istam unctionem per illicitas cogitationes et per ardorem libidinis

erigens se sacerdos dicat. S.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. sit olei unctio ad purificationem mentis et corporis et ad munimen et defensionem contra iacula immundorum spirituum.

Psalmus. Domine cla*maui*.[3]

Interim ablutis manibus dicat. P.

Domine deus saluator noster qui es uera salus et medicina et a quo omnis sanitas et medicamentum uenit quique nos apostoli tui iacobi documento instruxisti ut langidos olei liquore orantes ungeremus. respice propitius super hunc famulum tuum. et quem langor curat ad exitum et uirium defectus trahit ad occassum medela gratię tuę saluti restituat castigatum extingẽ in eo clementissime deus omnium febrium estus dolorum stimulos et cunctorum langorum cruciatus uiscerum quoque et secretorum interna medica atque medullarum sana discrimina. compagum etiam et artuum dele cicatrices ueteres et accerrimas compesce passiones. reformetur in eo carnis ac sanginis quam creasti perfecta materies. sicque illum iugiter tua custodiat pietas. ut nec aliquando ad corruptionem sanitas. nec ad perditionem perducat infirmitas sed fiat illi hec olei sacra perunctio concita morbi presentis. et langoris expulsio et peccatorum exoptata remissio. per te saluator mundi. qui cum.

S. Man. Fol. xcvi.

Fol. 209 b.

Fol. 210 a.

## ad communicandum infirmum.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus te suppliciter deprecamur ut accipienti huic fratri nostro sacrosanctum corpus et [1]sanginem[1] filii tui domini nostri ihesu christi tam corporis quam animę sit salus. amen.

**psalmus** Lauda *anima*[2]

Deus qui peccatores scelerum onere uulneratos sacerdotibus tuis ostendere iussisti. deus qui discipulis tuis ut bene haberent manus super infirmos ponere precepisti. deus qui per apostolos tuos infirmos oleo ungere et pro eis orare docuisti. deus qui per impositionem sacer- P.

[3] Ps. cxl.

[1] R. *om.*

[2] Ps. cxlv.

dotum manus cum sancti tui nominis inuocatione peccata relaxari uoluisti. exaudi orationes nostras et huic famulo tuo. N. infirmitatis noxa oppresso per hoc sacrum misterium quod nos

Fol. 210 b.

indignos famulos tuos agere uoluisti remissionem omnium peccatorum largire. quatenus per hanc sacri olei unctionem et corporis ac sanginis tui. perceptionem. atque manus nostrę impositionem cuncta ei facinora sancti spiritus gratia relaxentur sanitas animę et corporis restituatur ut non ei plus noceat conscientia reatus ad penam quam indulgentia tuæ pietatis prosit ad emendationem et ueniam. te concedente saluator mundi. qui cum patre in unitate

Benedicat te deus pater sanet te dei filius illuminet te spiritus sanctus corpus tuum custodiat animam tuam saluet cor tuum irradiat sensum tuum dirigat et ad sempiternam patriam te perducat qui in trinitate perfecta uiuit et regnat.

S. Man. Fol. xcvii.
Fol. 211 a.

Benedicat te deus celi adiuuet te christus filius dei corpus tuum in suo sancto seruitio custodiri et conseruari faciat mentem tuam illuminet sensum tuum custodiat gratiam suam ad perfectum animę tuæ in te augeat et ab omni malo te liberet omnia peccata tua deleat dextra sua te defendat qui sanctos suos semper adiuuat ipse te adiuuare et conseruare dignetur. qui cum patre.

S. Man. Fol. xcviii.

Benedicat te deus pater qui in principio cuncta creauit, benedicat te deus filius qui de supernis sedibus pro nobis saluandis descendit et crucem subire non recussauit. benedicat te spiritus sanctus qui in similitudine columbe in flumine iordane in christo requieuit ipseque te in trinitate sanctificet quem omnes gentes uenturum expectant ad iudicium. qui cum deo patre in.

Fol. 211 b.
P.
Pontif. of Egbert, and of Robert of Jumièges.

Absoluimus te uice beati petri apostolorum principis cui dominus potestatem ligandi atque soluendi dedit et * ad te pertinet accussatio et ad nos remissio sit tibi omnipotens uita et salus et omnium peccatorum tuorum indultor et qui dedit tibi compunctionem cordis. det ueniam peccatorum longeuamque tibi atque felicem uitam in hoc seculo largiatur et in futuro cum christo et cum omnibus sanctis eius

sine fine manentem per eundem saluatorem nostrum qui uiuit et regnat per * .

**Cum anima sit in exitu sui dissolutione corporis uisa fuerit laborare tunc omnes fratres cum summa uelocitate occurrant canendo moderata uoce. Credo in unum deum. Cum uero illuc peruenerint cantent. uii. psalmos penitentiales sine gloria. sed subiungant hoc cap*itul*um.**

[Three blank lines are left at the bottom of fol. 211 b.]

Fol. 212 a.

[Ordo commendationis animæ.]

Parce domine parce famulo tuo quem redimere dignatus es pretioso sangine tuo ne in çternum irasceris ei.

**Hoc dicatur tribus uicibus tam a presbitero quam a toto conuentu ita ut presbiter prius dicat.,**

S. Man. Fol. xcix [with variations]. See Lit. in Codex Gemmeticensis in Martene de *Rit. Ec. Antiq.* iv. 1094.

Pater de celis miserere animæ famuli tui

Filii redemptor mundi deus miserere animæ eius.

Spiritus sancte deus miserere animæ eius.

Sancta trinitas unus deus miserere animæ eius.

Ipse qui es trinus et unus deus miserere animę eius.

Sancte saluator mundi deus miserere animæ eius.

Sancta maria intercede pro anima eius.,

Sancta dei genitrix intercede pro anima eius.

Sancta uirgo uirginum intercede pro anima eius.

Sancte michael intercede pro anima eius.

Sancte gabriel intercede pro anima eius.

Sancte raphael intercede pro anima eius. Fol. 212 b.

Omnes sancti angeli et archangeli intercedite. pro.

Omnes sancti beatorum spirituum ordines intercedite pro anima eius

Omnes sancti patriarc̃e et prophete inter*cedite.* pro.

Sancte petre inter*cede.* pro.

Sancte paule inter*cede* pro

Sancte andrea inter*cede* pro.

Sancte iohannes in*ter*-*cede* pro

Sancte iacobe inter*cede* pro.

Sancte pilippe in*ter*-*cede*

Sancte mathee in*ter*-*cede.* pro.

Sancte zephane inter*cede.* pro.

Sancte clemens inter*cede.* pro.

Sancte sixte intercede pro.

Sancte corneli inter*cede.* pro.

Sancte cipriane. in*ter*-*cede* pro

Sancte laurentii inter*cede* pro

Sancte uincenti inter*cede.* pro.

[The Lit. ends here abruptly, the last leaf of this gathering, as well as the first (p. 203), being lost.]

Sancte marce inter*cede*. pro.
Sancte lucas. in*tercede*. pro.
Sancte barnabba in*tercede*
Omnes sancti apostoli et euangelize in*tercedite*
Omnes sancti inno centes interce*dite*. pro

Sancte georgi inter*cede* pro.
Sancte sebastiane in*tercede*
Sancte cristofore. in*tercede* pro
Sancte dionisi cum so cíís tuis interce*de* pro.
Sancte muricii cum socíís tuis in*tercede*.

# INDEX

OF

# COLLECTS, SECRETS, AND POSTCOMMONS FOUND IN THE CORPUS, AND NOT IN THE ROMAN AND SARUM MISSALS.

---

## COLLECTS.


Page

beati Zephani protomartiris tui q. dne . . . . 75
celorum atque terrarum conditor et gubernator . 147
D. o. D. Abraham. D. Isaac D. Jacob. immitte . 126
D. qui ecclesiam tuam b. N. apostoli tui . . . 178
,, Ierusalem ueniens rex appellari . . . . 106
,, peccati ueteris hereditariam . . . . . 121
,, sanctum Patricium Scotorum apostolum . 150
,, unigenito filio tuo Dno. n. . . . . . . . 106
inclina Dne aures pietatis tuæ et exaudi . . . 69
o. Dne ut animæ famuli tui N. cujus . . . . . 70
o. s. D. edificator et custos supernæ . . . . . 67
presta q. o. D. ut qui b N. martiris tui . . . . 181
propitiare q. D. nobis famulis tuis per sanctorum 63
q. o. ut b. apostolus N. tuum pro nobis . . . . 177
sanctarum uirginum tuarum q. Dne supplicationibus . . . . . . . . . . . . . . . . 191


## SECRETS.


adesto Dne. supplicationibus nostris et hanc . . 70
annue q. o. D. ut sacrificia pro sanctæ . . . . 191
ecclesiæ tuæ q. Dne. preces et hostias b. Brigidæ 147
eius tibi precibus Dne. q. grata reddatur . . . 186
grata sit tibi D. hec oblatio munerum . . . . 67
grata tibi sint q. Dne. munera quibus . . . . 190
hostias tibi quas in honore s. Patricii . . . . 150
intercessio q. Dne. b. N. apostoli tui munera . . 177
munus oblatum q. Dne. propitiatus attende . . 179
o. s. D. respice propitius in hos famulos tuos . . 69
suscipe Dne hec munera pro animabus . . . . 77
,, ,, q. pro animabus famulorum . . . 74
,, q. Dne hostias placationis et laudis quas . 75
suscipiat clementia tua q. de manibus nostris munus . . . . . . . . . . . . . . . . 63


## POSTCOMMONS.


adiuvent nos q. Dne hec misteria sancta . . . 147
ascendant ad te Dne preces nostræ ut animas . 76
celesti munere sacrati q. o. D. tua nos protectione 61

| | Page |
|---|---|
| da nobis misericors D. eius presenti festiuitate | 150 |
| da q. famulis tuis N. sperata suffragia | 69 |
| D. infinitæ misericordiæ et maiestatis immensæ | 65 |
| diuina libantes quo pro sanctorum confessorum | 63 |
| exaudi nos o. D. ut quod nostro ministratur | 84 |
| hec nos communio. Dne purget a crimine | 62 |
| o. D. uniuersitatis auctorem suppliciter | 150 |
| o. s. D. collocare digneris animam et spiritum | 71 |
| ,, qui huius diei uenerandam | 179 |
| plebs tua Dne. capiat sacræ benedictionis | 66 |
| presta Dne. sacramentis b. apostolo tuo | 179 |
| propitiare Dne supplicationibus nostris ut animas | 74 |
| protege nos Dne subsidiis pacis mentis | 67 |
| purificent nos q. Dne et diuini sacramenti | 68 |
| respice Dne propitius plebem tuam | 192 |
| sacrificium salutis nostræ sumentes concede | 59 |
| sumpta munera Dne sanctorum confessorum | 189 |

## ADDENDA ET CORRIGENDA.

Page 36, line 27, *for* "sanitas" *read* "sauitas."
,, 40, ,, 32, *for* "torches" *read* "tapers."
,, 40, ,, 36, *for* "Sanctus" *read* "Offertory."
,, 40, ,, 34, *after* "Mass" *add:* An Eastern custom. Compare the opening rubric in the *ἀκαλουθία τõυ ἀρραϐῶνος* in the Euchologion.
,, 173, ,, 40, *after* "multa" *add* as note [5]: "V. + est."

1, ev 457A10

CHISWICK PRESS:—CHARLES WHITTINGHAM, TOOKS COURT, CHANCERY LANE.

University of California
SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY
305 De Neve Drive - Parking Lot 17 • Box 951388
LOS ANGELES, CALIFORNIA 90095-1388

Return this material to the library from which it was borrowed.

OCT 0 6 2003

REC'D C.L. JUN 12 '03

L 005 488 789 8

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY

AA 000 645 321 1